

licet & odoratam. Quarum primam vehementer caliditatem, & fortem odorem habere, alteram vero odoriferam esse dicit: cuius nomine lasserem intellexisse ex eo ostendit, quod de ea quae incibus summitur, putà odorata, eas ipsas proprietates referat, quas Dioscorides cyrenaicoliquori tribuit. Rursus foetidam ab odorata assa, cyrenaico nimirum liquore differre ex ipso met ostenditur Avicenna, qui eodem tract. cap. 9. nomine aniden duas assae plantas assignat; alteram albam, & alteram nigram nuncupans: & nigram cibus non immisceri profet. Praeterea ex Theoph. libr. 6. de hist. plant. c. 3. constat plantam ex qua lasser seu assa odorata extrahitur ex herbarum genere esse: siquidem eorum caules tum radix, herbarum instar eodem anno consumitur. Assae vero foetae plantam arborem esse Christophorus Acolta, huius rei veritatem diligentissime exquirens, se comperuisse testatur; atque eandem magnitudine & folijs coryllo (arbori scilicet auellanas ferenti) penitus emulari. Assa igitur foetida à sulphij liquore manifeste differt: ac subinde quae ex dictis in Galeni doctrinam orta erat difficultas soluta euadit. ita ut minime apud eum repugnet assam foetidam flatuosis generandis spiritibus aptam materiam haud suppeditare. Unde si quidem (ut supra ostensum est) viribus alijs à manifesta qualitate ortis ad venereos perficiendos actus non confert: abdità proculdubio virtute, quae in sympathia consistat, eisdem opitulari credendum est. Peculiariter enim alexitheria vi malacynonia generationis membris subsidium praestat.

re, eo suspicari, quod & alexipharmaca sint; & easdē partes respicere videantur. Alexipharmaca esse, toxicoq; infectis auxiliari Ioannes Langius Epist. 68. testatur. Quo etiam loco ex Philatio in libris historiarum affert mala cydonia omnium deletheriorum vires obtundere. Nam Pharicum pharmacum, vasis, quod cotonea olet, impositum, euanescit, eiusque vires omnino disperseunt; manifesta quaedam antipathia. Eadem etiam cotonea mala alexipharmacam vim obtinere duplici ac fida, licet nō propria, sed aliena, experientia ipse compertum esse scio. Cuius rei alterum euētum à grauisimo quodam fratre accepi, prouintiae conceptionis, instituti sancti Francisci de obseruantia, nuncupato fratre Bernardino de Sant Cebrian. Hic ergo, eius sapientia, religione, egregia vitae sinceritate, alijsque splēdidis sui virtutum ornamentis perpessis, à Generali ministro ad officium Commissarij Occidentalium Indiarum electus fuit. Quo sanē munere, ut fungeret, ad Mexicanam transiuit regionem, atque ibi mirabilem alexipharmacam vim incotoneis infesse, fortuito experimento, æquidem quandam inueniri proprijs oculis vidit. Quem haud vulgare casum aliquot post annos, dum videlicet in regio Cenobio Sanctae Clarae opidi de Tordesillas Vicarij munus obisset, mihi in hūc modum nunciauit. Rodericus del Rio, Ordinis Sancti Iacobi dignissimus æques, propē vnica villam suam, à Mexicano Opido ultra centum leucas distantem, locum magnum incultum & montuosum, pcuriario lucro destinatum, possidebat. Qui quidem magno

quorundam animalium numero, canibus per simi-  
lium, pecoribusque maximè infestorum (quæ pa-  
trio vocabulo Coyotes vocant) redundabat. Hęc  
ergo veneno enccare mos apud eiusdem provin-  
cię incolas erat. Vonis enim alterius vè pecoris no-  
uiter occissi, inter canis exemptis, ab his inanitam  
partem venenosa quadam herba replebant (quę in  
Tlascalæ territorio, non procul à Mexico nasci-  
tur) deinde scissionem consuebant: & tandem se-  
quenti die, herba extracta, cadauer in agrum, dictis  
illis animalibus edendum extrudebant. Cuius essu  
eadem breui tempore interire eueniebat. Cùm ita  
quę prædictus æques Mexico se contulisset; dùm  
postea in domum suam migraret, dictæ heruæ ē  
Tlascala allatæ, duas tres vè sarcinas secum aspor-  
tauit; simulquę inter vnus sarcinæ heruam multa  
mala cotonea interiecta. Casu autem euenit, ve  
vbi interfecto pecore, hoc venenata ea herua infi-  
cere, in illius animo fuit; id ex illa pararetur, qua  
cotonea inuoluta fuere: sicquę, cadauere adhuc à  
feris illis canibus deuorato, eorum nullus mortuus  
inuentus fuit. Eiusmodi euentus omnes primùm in  
magnâ admirationem rapuit, deinde verò exami-  
nata, causa cum malis cotoneis tribuerunt. Atquę  
id circo periculum facere huius rei cupiens, aliud  
denuò pecus reliqua herua, quàm cotonea haud  
quaquàm contigerant, priori modo inficere in-  
fit. Cumquę id in agro per noctem relinqueretur,  
non modò ipsam sequenti die penitus comessum,  
verum dictorum animalium vltra trecenta cadaue-  
ra reperta fuerunt. Quod equidem prædictus fra-

*De curat. Steril.*

ter, qui vnâ cum equite dicto illic aderat, se vidisse mihi restatus fuit. Secundò, venenis aduersantem vim in cotoneis inuentam fuisse, accepi a nobili viro Domino Sebastiano de Loffada Clerico. Qui coram Domino Didaco Pimentel, Comitis Benauentani dignissimo filio, mihi retulit, quòd pater suus (cui ab ellebori veneno infectis sagittis venari infrequenti erat vsu) cum semel vnâ cum nonnullis amicis venatum iret, ellebori venenum in corneo vase intra manticam quandam, vbi mala cotonea simul aderant, portauit. Dùm autem postea sagittæ eo intinctæ ceruis, ac apris infixæ fuere, nullum horum animalium venenum ipsum peremit. Qui sanè euentus venatores in suspicionem duxit, an veneni vis à cotoneorum consortio esset amissa. Sicquè in alterum diem prædictus æques aliud eiusdem veneni vas è propria domo asportare iussit. Quo sanè cum sagittas inficeret, animalia eis vulnerata facilè mortem subiere, Cum autè vltimum hoc veneni vas, post regressum in domum, in cubiculo, vbi è recto complura mala cotonea pèdebant, propè illa suspenderetur: ac deinceps post aliquot dies eques ipse cum eisdem amicis in ventionem se contulisset, & veneni vas, quod inter cotonea suspensum fuerat, secum asportasset. Licet huiusmodi veneno sagittas intinxit, nullum ex ijs quæ vulnerauit, nequè ceruum nequè aprum enecare potuit. Vnde manifesta experientia comperuit, à cotoneorum tantùm odore veratri nigri venenum suas vires prorsus amittere. His equidem libenter fidem adhibui. Et eo maximè, quòd tunc

Mathiolus in lib. 4. Dioscoridis cap. 146. referat; à Cessare Ferdinâdo primo pluriês audiuisse quòd deuoratis cotoneis malis seruatur animal, cui factò à iaculo vulnere prædictū ellebori venenum sanguini se immiscuerit; tum mirabilis ista alexipharmaca vis, consimili euentu incotoneis comperta; ei minime refragatur, quam ab eisdem ad scamonij præparationem petimus. Scamonium enim in cydonio assò aptè præparatur, vt omnibus est in confesso. Corrigi autem in eo exigit nò solum manifesta qualitas (acrimonia scilicet & calor) verùm nònnulla etiam venefica vis, siigitur probe correctum, post eius in cydonio præparationem, scamonium manet, constabit vtiquè malū id alexipharmacum esse. Sed quod venenosam qualitatem scamonium obtineat, apertè ex Galeno colligitur, qui postquam lib. 3. de simp. med. fac. cap. 24. in aliquibus purgantibus pharmacis venenosam aliquam dixerat inesse facultatem, libr. deinde 12. method. c. 7. homini cui à scamonij sumptione noxa haud leuis in intestinis illata fuit, theriacā exhibuit; qua profecto vsus non fuisset, ni aduersus occultā qualitatem pugnare studeret. Quando quidem à manifesta scamonij qualitate patiēti, auxilio calido subiuenire, rationi consentaneū minime erat. Liquet igitur iam cotonea aduersus venenum mirificam virtutem obtinere. Quod verò eadem mala generationis membra respiciant, ego certè (nec immeritò vt opinor) suspitione aliqua ducor, tametsi nò admodum apertè de eius veritate constare videatur. Quidquid enim ea respicit, quæ vrinæ de ser-

uiunt, instrumenta, rationi apparet consonum; vñ  
 suam virtutem ad generationis quoquē membra,  
 propter colligantiae inter vtraquē ac vicini situs  
 fortiteratem, peculiariter mittat. Vnde cum probabi-  
 le existat, quòd cotonea, quadam naturæ proprie-  
 tate, instrumenta vrinae de seruiencia respiciant;  
 fas etiam erit sentire, quòd generationis membra  
 praecommemorata cum eisdem instrumentis for-  
 tietate, peculiariter quā partes reliquae à ventriculo  
 distantes, citoneorum opus participant. Respicere  
 autem eiusmodi fructus instrumenta, quae vrinae  
 deseruiunt, ipsos quidem ex eo indicare apparet:  
 quòd vrinas mouendi (vt apud Dioscoridem, &  
 quā plurimos Arauas habemus) facultate fungan-  
 tur. Quippe si hanc velex manifesta vel occulta  
 qualitate ipsos possidere requiritur; abdita profe-  
 cto ea existimanda erit, vbi manifestam esse nō pos-  
 se subsequens ratio suadet. Id enim medicamentū,  
 quòd vrinas qualitate manifesta mouere debet  
 (quò facillimè à trahant renes, quòd in sanguine  
 aqueum tenuē ac serosum est) vt sanguinem  
 attenuare, fundere, ac discernere valeat (si Galeno  
 credimus lib. 5. de simp. med. facul. cap. 13.) procul-  
 dubio requirit. Quorum operum nullum absquē  
 valido calore peragi potest. At cotonea tantū ab  
 est eiusmodi calorem sortiri, vt frigida sint. Quòd  
 si (vt aliquibus placet) eadem à Dioscoride vreti-  
 ca nuncupari credatur; non quidem quia perse, sed  
 quia ex accidenti consimile opus exequantur; sua  
 nimirum adstrictione ventris excrementa retinen-  
 do; quorum deinceps aquea parte vrinae materia  
 augetur.

augetur; istud certè rationi minime congruit. Primo, nam ventris excremento retento, quæ huius tenuior aquosiorquè à venis exugitur pars nõ magis sudoris, transpirationis vè quàm vrinæ materia efficitur. Quando quidem serosi succi expurgatio tam per cutim, quàm per vrinas fit: sicquè nõ modo vrinas mouere sed etiam transpirationem, ac interdum sudores (quòd videtur absurdum) de cotoneis oporteret scribere. Præterquàm quòd vrinas mouere, non est materiã vrinæ præstare (hydropici enim quo magis bibunt, eo minorem vrinæ quantitatem reddunt) sed ad vrinæ separationem, eius vè ad vesicæ deductionem aliquid cõducere. Quorum operum neutri cotonea opitulari aliquis dixit. Præterea si, quia astringunt, ea ipsa, saltem ex accidenti, vretica essent dicenda; cùm quæso mespilis, rhoi, serbis, & gallis, Dioscorides, aut aliquis alius, mouendi vrinas virtutem minime tribuit? siquidem hanc (quòd eis magis astringant) multò maiorem quàm cotonea obtinere deberet. Quibus etiam accedit, quòd vbi vltimo prandij loco cotonea assumuntur, ijs potissimùm qui ventriculum habent imbecillũ, deiectionis causa existunt. Vnde si vicissim, nunc ventris permeatione iubare, nunc impedire, eadem assolent, non magis vrinas mouere (quo retentis ventris excrementis, vrinæ maior materiæ copia præstetur) quàm vrinas retinere (siquidem aucta ventris excretionem minor materiæ vrinæ præstabitur copia) adhuc ex accidenti cotonea dicenda sunt. Igitur si nec ex accidenti, nec perse, ex manifesta qualitate ortã, vri-

nam mouendi vim cotonea possident; ab occulta  
 eam proficisci iure optimo asseuerare possumus.  
 Qua sanè vi non modò instrumenta urinæ deser-  
 uentia peculiariter ipsa cotonea respicient, verùm  
 generationis membris, ratione prædictæ cum eis-  
 dem mēbris societatis, saltem peculiaris quàm re-  
 liquis, quæ à ventriculo distant, partibus, alexiphar-  
 macam suam virtutem impartientur. Eis ergo tan-  
 quam alexipharmacis læssæ particulæ proprijs  
 ( præfertim dùm alijs huius sortis carere accidat).  
 cùm seminaria vassa venefico aliquo vitio inqu-  
 nata sunt, vti equidem præstabit. Cui quidem vsui  
 ( vt superius protuli ) saluam & assam foetidâ præ-  
 tantissimas esse opinor: quibus si ea, quæ omni ve-  
 neno generaliter aduersantur, admiscere vellis;  
 mirificè prodesse credam. Sicquè thoriacâ, & Mi-  
 tridatum ex saluæ & cotoneorum contusorum  
 decocto, cui nō nihil assæ foetidæ adiectum sit, sin-  
 gulis diebus, scrup. ij. quantitate; si exhibeamus plu-  
 rimum erit adiuuenti. Testibus etiam per alexi-  
 pharmaca topica subuenire necessum est. Cui equi-  
 dem vsui subsequens vnguentum summè conde-  
 cet, quod recipit, olei cotoneorum vnc. ij. pulueris  
 foliorum saluæ drach. ij. pulegij summitatum  
 drach. sem. assæ foetidæ vnc. sem. misce & sufficiētī  
 addita cera vnguentum confice. Cuius loco peru-  
 tile erit quod in hunc modum pareretur emplastrū.  
 Assæ foetidæ vnc. j. Galuani vnc. sem. pulueris saluæ  
 vnc. ij. Origani & aristolochiæ longæ anâ vnc. j.  
 misce, & cum oleo cotoneorum & sufficiēti cera  
 emplastrum fiat, Quod si vnâ cum venefico vitio,



aliquid etiam ad sit intemperamentum, qualiter pro huius diuersa natura præsidia variare oporteat, dictum superius manet. Atque ita cum nullū aliud supersit seminis peccatum, generationē impediens, cuius curandi modus sit prætermisus: ad reliquas vteri à concipiendi actione erroris extrinseci differentias medicandas sermonem conuertere equum erit.

## C A P V T XXI.

*De profligando sanguinis foetum alituri  
in diminuta quantitate peccato foemi-  
nam in secundam reddente.*



Abolutam foetus formationem fieri impossibile esset, si huic operi necessarium ab esset materiale principium: vnde cum hoc ab utroque tantum semine sufficienter præstari haudquaquam posset (solæ enim à semine fieri habent partes quæ feminatæ dicuntur) ideo natura ad proles generationem alia indiguit materia, eamque ab ipso foeminae desumpsit sanguine. Qui quidem non huic tantum conducit vsui, sed necessarium quoque foetus existit alimentum. Quo profectò fit, vt foeminaei sanguinis vitio, non secus ac seminis culpa, fieri

De curat. steril.

sem̄ cōtubitum reddi multoties accidat. Id autem  
ip̄ius sanguinis erat in quātitate, aut qualitate pec-  
catum. Primum illud à sanguinis foetum alituri af-  
fluentia, aut inopia excitari diximus, atque horum  
alterutrum à diuersis prouenire causis. Quarū sin-  
gulæ peculiare sibi curationes vendicant. At non  
eas omnes nunc adducere expedit. Quando enim  
ea sanguinis quantitas quam conceptus exigit alen-  
dus, ob vteri densitatem (quæ duram & exaspera-  
tam superficiem sequitur) vel intemperiem, à qua  
insensiles meatus redduntur arctiores, ad ip̄ius ma-  
tricis capacitatem per meare nequit: foemina tunc  
haud aliter curata euadet, ac leni reddita superficie,  
& intemperantia correctâ. Qui profecto morbi in  
superioribus curati manent. Verum si sanguinis  
foetum alituri quantitas ex eo fit diminuta, quod ip̄  
se parè generetur in corpore, atque id haud ido-  
neæ ætatis ratione eueniat; nulla est adhibenda cu-  
ratio. In senili, quidem quia sterilitas incurabilis sit  
in puerili, quòd fœcunditas matram postulet æta-  
tem. Sed quando sanguinis generatio diminuta sit  
propriæ naturæ causa, putâ in obessis: per adductū  
iam huius affectionis curandi modū, mediocriter  
macra foemina effecta, ipsa vtrique subsidium acci-  
piet. In ea item vbi à tenui victu, vel nimia euacua-  
tione, sanguinis defectus oritur: huius expertâ co-  
piam (non secus ac, de profliganda ab eisdem cau-  
sis seminis penuria, est dictum) sola resectoria vi-  
ctus ratione consequemur. Si verò ab ægritudine,  
doloribus, & vigilijs sanguinis defectio insurgat:  
cum auxilio his passionibus præstito, tum renuerri-  
toria

Dignitio.  
fol. 25.

fol. 108.

fol. 109.

fol. 118.

coria

toria adhibita victus ratione, curari postulat. At ubi sanguis ob sui crassitiam ad uteri cavitatem permeare nequit, cum à pituitoso melancholico ve succo id vitium obtineat; horum humorum, tum euacuatione, tum noua prohibita generatione, corrigi habet. Quæ sanè opera haud aliter perfici debet, ac pro feminis frigida curanda in temperatura, ab eorundem succorum vbertate producta in superioribus dictum manet. Sed quum venarum angustia sanguis ad conceptus, tum formatione, tum nutritionem minime permeat, & naturalis illa sit: ubi abortu sit obtenta, incurabilis profecto erit; curabilis verò, ubi à pinguedine fit comprimente: graciles enim per adductum iam medendi modum obesse foeminae reddi possunt. Quando autem à causa morbosa id prouenit vitium, ab obstructione scilicet; aut vicinarum partium comprimente tumore, ijs propulsis causis, perearundem peculiare curationes, foecunditas comparari habet. Tumor quidem pro eius varia natura diuersos curandi modos exposcit; quos tum suo loco superius, tum inferius, (dum videlicet virorum sterilitates curemus,) requires. Sed obstructio nunc in curatione se offert.

Eius ergo curatio sanguinis ad uterum euacuationi, pro foecunditate comparanda, anteire desiderat. Nullum enim medicamentum sanguinem ad uterum euocans (docente Aetio ferm. vlt. cap. 62.) nec potionem aliquam menses ducentem, adhibere conuenit, ni prius eum qui menses prohibet, matricis affectum semotum habeamus. Cum

Cap. de vteri inflam.  
& caput de scirr. vteri & cap. de vteri ademat & in 2. huiuslibelli p. capite. 1.  
Diagnosio ab obstructionis, fol. 35.

aliàs sanguine, dùm locelli laxari nequeunt, ad utrũ attracto, dolores molesti, velut in partu ingruat. Primùm itaque (vt Aerij verbis vtar) affectio curatur, quæ supressorum mensium causa est: deinde sanguis prouocetur. Nec dùm obstructioni mederi protinus decet, de obstruentium auxiliorum vsu, siue intro in corpus susceptorum, siue extrinsecus appositorum. Prestat enim dicente Galeno lib. 8. metho. cap. 4. vitio si succi maiori parte emissa ad detergendas obstructions accedere, cum alio qui metus sit, si obstructionibus liberandis prius quam vacaueris studeas, ne ipsas magis impingas. Gignere autem obstructions illi succi habent, eodem Galeno teste lib. 10. metho. c. 2. qui aut multitudine, aut qualitate peccent. Qualitate quidem, quæ crassities aut tenacitas sit. Quæ igitur obstructio à sola multitudine nascitur, sanguine primùm exgibero, deinde ex talo sufficienter misso, subsidium facillimè suscipit. Eam vero profligate quæ à crassie ac viscidis oritur succis. nõ adeo modici laboris est. In quo sanè opere si proposita methodus seruari debet. Primùm quidem quod obstructionis, futurum est inhibere, deinde quod eiusdem iam factum est remouere tenemur. Hoc ergo per ea quæ obstructa liberant agendum: illud verò, quando quidem obstruentium succorum affluxus causa est, quæ obstructione auget, eorum euacuatione perficitur. Quæ quidem moliri minimè decet, citra eorumdem humorem preparationem. Cum igitur ipsi crassi sint & tenaces attenuantium, & abstergentium medicamentorum vsu (quitamen sit cautus) ad sui purgatione

gationem postulabunt. Sed præ omnibus oportuna victus ratio in hunc modum instituenda. Aer mediocriter calidus elligatur; sit etiam somnus mediocris; exercitium item, ante sufficientem succorū euacuationem, moderatum; deinde verò validum: aluus, natura, vel mollibus clisteribus lenis: alimenta exhibenda attenuatoria sint, cuius sortis sunt, ex carnis gallinæ, aues montanæ, & passeruli omnes: ex piscibus saxatiles dicti, quiquidem maioris erunt emolumenti si cum cæpis petroselinæ & porris (maiori præsertim succi vitio parte euacuata) ellixentur, ac ex synapi condimento confecto summantur. In condimentis etiam nuges allia & origanum præstant, sal item & aromata. In omnibus tamen acribus exhibendis euacuati corporis occasio exigitur. Ex fructibus vna passæ; capparres, ac dulcia poma ex usu sunt: Atque ex conditis, quæ ex malis citris limonibus, malis medicis, adiato, & quæ ex domesticæ pastinacæ radicibus parantur. Vittandi autem cibi sunt, qui crassam, lentam ve, aut vtramque substantiam obtinent. Cuius generis sunt suille carnes, bubulæ & hyrcinæ, aueque in aquis degentes, atque consimiles aliæ. Potus sit, in principio quidem, aqua cinamomo aromatizata, aut fœniculi, vel anisi semine ellixa. Corpore tamen præeuacuatō vtilius erit si ex aniso & pulgione, aut cum adianto & argemone, vel matricaria bullierit. Sed vino assuetis hoc propinare præstabit, Idque si prædictis diluatur aquis magis utique ad obstructions liberandas conducet. Hac itaque victus ratione præmissa humores eos, quos timemus obstructionis auctores

De curat. steril.

ros, per conuenientes Syrupos ad purgationem præparare conuenit: crassos quidem attenuatione, viscidos abstersione, eos autem qui ambo hæc obtrinēt vitia, utroquē simul opere vtētes. Vias item per quas succi sunt educendi liberās reddere expedit. Sed huiusmodi opus detergentium Syruporum est. At cū ante sufficientem vitiosi succi euacuationem obstructionem soluentium minime se occasio præbeat, tum leui abstersione ad purgandi humoris præparationem vt, tum vias leuiter etiam liberās reddere oportebit. Quo fit vt plena purgatio nedum minoratiua, in hoc affectu adhiberi minimē debeat. Præterid enim quod per has purgationes tenaces & crassos succos leuiter præparatos educere non decet, interdicitur etiam earundem vsus à vijs haud debite apertis: quas eo maximē in hoc casu impeditas inueniri credam, quod obstructas vteri venas, vt plurimum mesenterii & iecoris obstructio comitetur. Solæ igitur purgationes per epichrasin dictæ in hoc medicando malo ex vsu erūt. Hoc tamen de felligentibus intelligas vellim; quarum equidem paulatinam tantum præsentī affectioni oportunam esse censeo. Præstat enim si crudi succi in ventre ac prima in sunt regione (quod plerumquē euenit) ad eorum vacationem blanda exhibere medicamenta. Et blanda hac purgatione paracta paulatinam agrediemur, quarto quoquē die felligens pharmacum exhibendū. Hanc tamē (vbi nihil prohibeat) ea præcedet, quæ per venæ sectionem fit, euacuatio. Tum vt locus medicamento expurganti subsit expeditus:

tum vt calida, quæ processu temporis exhibenda sunt, medicamēta minime sanguinem ferue faciāt; ac febrem subinde excitent. Nequē, quod sanguis haud redundet, is mittendus non est: ipse enim Hippocratis cōmentatur lib. 2. de arte curat: ad Glauc. cap. 10. in elephantiasis & cancriis, nulla de sanguinis exuberantia facta mentione, ante purgantium vsum, (vbi nihil obstat) sanguinem esse detrahendum scribit. Sed qualis in vteri profligandis obstructionibus vena secanda sit, omnibus certē facilitatem obuiam non habet. Nam licet venæ tali scindendæ esse videantur, vt quam plurimi auctores pro comperto habent: id quidem rationi consentaneum esse mihi haud quaquā apparet. Quippe si menses prouocare non decet nisi affectu eos supprime prius curato, qui fieri rectē poterit, vt sanguis extalo mittatur, vbi obstructio, quæ suppressorum mensium est causa, non dūm profligari capit? Quando quidem consimili scēta vena menses prouocari Galenus libr. de curand. rat. per sang. miss. cap. 18. palam fatetur. Quod autem suppressis mensibus, mouere nō expediat, ni prius suppressio- nis causam semotam habeamus, non modo Actius supra adducto testatur locos; sed eidem ipsa astipulatur ratio. Etenim obstruentes succi vnā cū sanguine per venę in talo sectionem ad vterum attracti, obstructionem necessario geminabunt. Non igitur è tali sed giberi venis affectio hęc sanguinē detrahendum esse efflagitabit. Nec meo iudicio veritas hęc Galenicæ aduersatur doctrinæ tametsi lib. de curand. rat. per sang. miss. cap. 11. & cap. 19.

*Qualis ve-  
na secunda  
in vteri ve-  
narū obstru-  
tionibus con-  
suetis.*

in mensium suspensione eas, quæ in cruribus sunt; venas seccare iubeat; ac eo ipso capite vndecimo venarum incubito scissionem mulierum purgationem reuelleret asserat. Non enim istis locis ad vteri obstructions curandas sed ad menses promouendos sanguinem extalo mittere consulit. Quod profecto capit. 18. supra citato palam ostendit his  
 55  
 60  
 65  
 70  
 75  
 80  
 85  
 90  
 95  
 100  
 105  
 110  
 115  
 120  
 125  
 130  
 135  
 140  
 145  
 150  
 155  
 160  
 165  
 170  
 175  
 180  
 185  
 190  
 195  
 200  
 205  
 210  
 215  
 220  
 225  
 230  
 235  
 240  
 245  
 250  
 255  
 260  
 265  
 270  
 275  
 280  
 285  
 290  
 295  
 300  
 305  
 310  
 315  
 320  
 325  
 330  
 335  
 340  
 345  
 350  
 355  
 360  
 365  
 370  
 375  
 380  
 385  
 390  
 395  
 400  
 405  
 410  
 415  
 420  
 425  
 430  
 435  
 440  
 445  
 450  
 455  
 460  
 465  
 470  
 475  
 480  
 485  
 490  
 495  
 500  
 505  
 510  
 515  
 520  
 525  
 530  
 535  
 540  
 545  
 550  
 555  
 560  
 565  
 570  
 575  
 580  
 585  
 590  
 595  
 600  
 605  
 610  
 615  
 620  
 625  
 630  
 635  
 640  
 645  
 650  
 655  
 660  
 665  
 670  
 675  
 680  
 685  
 690  
 695  
 700  
 705  
 710  
 715  
 720  
 725  
 730  
 735  
 740  
 745  
 750  
 755  
 760  
 765  
 770  
 775  
 780  
 785  
 790  
 795  
 800  
 805  
 810  
 815  
 820  
 825  
 830  
 835  
 840  
 845  
 850  
 855  
 860  
 865  
 870  
 875  
 880  
 885  
 890  
 895  
 900  
 905  
 910  
 915  
 920  
 925  
 930  
 935  
 940  
 945  
 950  
 955  
 960  
 965  
 970  
 975  
 980  
 985  
 990  
 995

ut reuellant, ut etiam menses promoueant: ac ubi id facere volueris tempus consueti circuitus tribus quaterve diebus anteuertas. Nequè quod, scētis in gibero venis, mēstruorū fiat retractio eēdē venę, in obstructis curandis foeminis, scindendę non sunt: harum enim altera occasio alia ab altera est. Nam reuulso, quæ fluentis humoris est ad contraria loca retractio, minime quidem nisi fluentibus mensibus, aut fluendi tempore fit. Quo equidem tempore venarum cubiti scissionem nemo probabit: eas tamen alijs temporibus tūdere nō est cur vereamur. Cū aliās ex brachijs sanguinis missio, dempta retrahendi oportunitate, ex vsu foeminae nunquām esset: Ex gibero itaque sanguis de trahendus erit post blāde purgationis vsu dūm vteri obstructions curare aggredimur. Quod sanè opus, eis ipsis diebus, moliemur, quibus purgandos succos per conuenientes syrupos præparare incipimus; nec non & euacuatione partita. Syruporū verò electio fiet pro diuersa humoris peccātis natura & conditione. Cū ergo crassi obstruentes humores non eiusdem nature perpetuò existant; sed interdum melancholici & interdum, nedū frequen-



quentius pituitossi, omnes utiq; eundem prorsus at-  
 tenuandi modum minimè desiderabunt. Sed me-  
 lancholici, quia terrei sint, ne tenuibus resolutis  
 partibus, ab immodicè calidas crassiores euadant;  
 moderate calida, & quæ aliquantulum humectent  
 attenuantia exigunt. Pituitossi verò quòd humidi-  
 tate polleant, ampliorem, ad sui preparationem, ea-  
 lore sustinent. At si supradictam legem observa-  
 re tenemur; ni sufficiens præcedat euacuatio, pitui-  
 tuosos adhuc succos haud valde calidis medicamē-  
 tis attenuare licebit: sicq; ad eos in principio præpa-  
 randos aqua mulsa vel rhodomelle solo aut ( utro-  
 id non reuente ) oxomelliti admixto; adiant aut  
 seminis à nisi decoctione diluto, uti proculdubio  
 sufficet. At postquam maior vitiosi succi pars sit  
 euacuata, hydromel ex decocto calaminthæ & pu-  
 legij confectum mirè præstabit; nedùm & syru-  
 pus, ij. aut quinque radicum sinè aceto. Qui sanè  
 foeniculi, betonicæ aut calaminthæ aqua vel de co-  
 cto pulegij diluantur. Proderit item his syrupis sy-  
 rupum de artemissa aut de calamentha immiscere.  
 His igitur aut illis syrupis ( prout occasio ferat ) ex-  
 hibitis crassus ac pituitosus preparatus succus, quar-  
 to quoq; die parçè phlegmagogo propinato phar-  
 maco, per epichrasin euacuabitur. Cui equidè vsui  
 mire conducet hæc, alia ve consimilis potio. Agar-  
 ci truci scati drach. sem. aut scrup. j. in funde per no-  
 ctem in à nisi & adiant de cocto: ac expressioni  
 adde syrupi borraginis, ℞. j. sem. Nec inutili<sup>9</sup> erit si Vnc.  
 agarici loco expressione drach. j. aut drach. j. sem.  
 seminis carthami aliquantulum contusi, præmissa

infusione ac leui ebullitione, concedas, Ex carthami item expræssione pruna passa saccharo sic condita, vt singulis prunis singulæ cartami drachmæ respondeant, ad idem aptissima erunt. Atquæ eorū vnum vel duo pro qualibet vice summere vnâ eū ea liquoris conditi portione, quæ diuisionem secundum prunorum numerum sequatur æqualem, valde præstabit. Quod si pillulis eundem humorem vacuare vellimus vtiliter hæc concedantur, quæ recipiunt, aloes drach. x. medullæ seminis carthami; agarici, & turpeti anâ drach. iij. masthiciis vnc. sem. pulueris sabine drach. j. sem. misce, & ex syrupo artemissæ formetur massa. Cuius dosis sit drach. sem. Quibus equidem medicamentis, vbi corpus debite euacuatum esse coniectura assequamur; tunc profectò ei tantum, quod obstructionis factū iam est, attédere expedit. Idquæ nõ auxilijs tantum ijs, quæ extrinsecus admota; sed etiam quæ intro in corpus accipiuntur remoueri postulat. Ea igitur cotidie ore sumenda erūt, quæ crassum ac viscidū succum venas ocludentem sensim attenuare, abstergere pariterquæ extra corpus pellere valeat. Quas sane vtilitatis ex hoc (ni fallor) accipiemus syrupo qui recipiat. Hordei & corticū radicū foeniculi anâ p. ij. corticū radicū api petroselini, graminis asparragi & iringij, seminis anisi foeniculi & dauci anâ p. j. passularū enucleatarū p. ij. sem. summatum pulegij m. ij. capilli. veneris, m. j. sabinae vnc. sem. prunorum inscissorum n. xij. omnia hæc debite per noctem infundantur in libr. xij. à quæ postea vero ad consumptionem tertie partis de

de coctio fiat: in cuius vltimis ebullitionibus adde  
feminiſ carthami aliquantulum cōtuſi vnc. j. ſem.  
Deinde cola forti expreſſione ex qua quidem cum  
ſufficientibus ſaccharo & melle, pari quantitate ad  
miſtis; ſyrupus fiat. Cuius ſumma doſis ad vnc. iiii.  
accedet: minor vero ad vnc. ij. ſem. vel iij. Huic ta-  
men compoſitioni vbi vnà cum vteri obſtructio-  
ne hepatis etiã adſit obſtructio, agrimoniam her-  
uam (Grecorum eupatorium dictam) vbi lien la-  
boret, ſcolopendriam adijcies. Quod ſi eiufmodi  
medicamento ſummo manè per aliquot dies ſump-  
ro (per xij nimirum vel quindecim) ad obſtructio-  
nes radicũs auferendas, valentiori alio opus eſſe  
nobis videatur: ad ea, quæ ex chalybe parari ſolent,  
accedere expedit. Sed eorum vnum tantum (à ma-  
giſtris quidem acceptum) ex eò afferam, quod reli-  
quorum omnium præſtantiffimũ eſſe exiſtimem.  
Huius ergo compoſitio in hũc modum ſe habet.  
Diacurcumæ, ſpecierum diarrhodonis abbatis, pul-  
ueris rhabarbari electi, & garyophitorum anã  
drach. j. ſeminiſ dauci, corticis radicis rumericis, & ru-  
biæ anã drach. j. ſem. chalybis præparati ex commu-  
ni præparatione vnc. j. ſem. mellis deſpumati  
quod ſufficiat miſce, electarium què ad formã opia-  
tæ confice. Cuius equidem, vt fortioribus ſœminis  
ſingulis vicibus drachũ, & debilioribus ſeſquidra-  
chmam præbere poſſumus: ita medio modo ſe ha-  
bentibus ad portionem. Vtendi verò modus alius  
à vulgari non erit. Sicquè ſœmina die illuſcente  
ſurrecta, ad aliquem (qui procul non ſit) pergat  
olium: ante cuius aſcenſum ex chalybe conſectũ

medicamentum summat; continuoquē cinamomo aromatizata aqua parum bibat; ore ex eadē prius ablato. Deinde cliuofum locum aliquoties celerū ascendat ac descendat passu; cui sanē operi a foemina alia, cui robur & agilitas insit, dextere istius manu leua laborarētis manu conexas, ipsa subsidiū accipiat. Et eiusmodi exercitiū ad sex qui horā continuare curet; consentientibus quidem viribus, nam debilibus intra horā id ipsum finiri cōuenit. Quo equidem peracto domū redeat; ac vestibus adhuc induta, supra lectum pannis cooperta tandiū cubet, quoad adauētus ab exercitio calor remittatur. Postea verō ad prandendum surget. Et hoc ipso seruato ordine, medicamēto ex chalybe parato, viginti & quinque, aut triginta diebus, in reuelli obstructione uti oportebit. Interim tamen ac eiusmodi administratur auxilium, externae inunctiones, quae ei sem opiculentur rei, non sunt praefermittēda. In quem vsu miorum, capparrorum, & liliorum alborum olea inter se mista optima sunt. Miram etiam subsequens vnguentum utilitatem praestabit; quod recipit, olei capparrorum irini, & nardini anā vnc. ij. pulueris sabinae drach. sem. pulegij drach. ij. sem. cerae quod sit satis misce pro vnguento.

Quod si vteri obstructio a redundantimelancholico proueniat succo, huius exuberantia demenda est, confirmili seruata methodo qua in pituitosi euacuatione vsi sumus. Sicquē lenientia (vbi opus sit) purgatione praemissa, sanguis largius quidem si redūdet, sin minus parce, ex sinistro gibe o

gibero detrahendus erit. Atque ad eam exercendam quæ per epichrasia fit, purgationem melancholicum humorem, pro vt occasio exigit, attenuabimus. Quòd sanè opus primum syrupo borraginis buglossæ & scorcionere, ac syrupo de pomis simplici ex aqua melisophili, aut huius, vel adianti decocto dilatis, per fici valet. Deinde verò vbi attentio maior desideratur, syrupum de succo fumaricæ & nonnihil syrupi de epithimo syrupis dictis adijcere conueniet: ac illi ex decocto pulegij scolopèdriæ & capillorum veneris diluantur. Sic ergo melancholicus succus preparatus paulatinè, nõ secus ac pituitosus, per ventrè educendus erit. Cui profecto operi epithimi drach. j. ex syrupo borraginis per interualla exhibita valde proficiet. Ex epithimo etiam & sennæ folijs pruna passa in pulegij, & adianti decocto saccharo condita, ad idem haud mediocriter conducunt. Conditi autem ita debent vt singulis prunis singulæ tam epithimi, quàm foliorum sennæ drachmæ respondeant. Ac primum vnum pro dosi cum sua conditi portione summendum. Vtilis quoque expressio erit foliorum sennæ, & epithimi singulorum drachmæ vnus, ex syrupo borraginis epota. Prestabit in super quinto, aut quarto quò quæ die drachmam semissem illius ex aloë compositionis summere, quâ Aetius tetrab. 2. sem. 2. cap. 10. ex aloë mastiche, croco, cinamomo, spicanardo assaro, carpo ballamo & epithimo secundum The siphonem preparare docet. Verùm vbi eiusmodi medicamenti melancholicus humor, qui obstructioni fovebat, euacuatus sit, ad id quod obstructio

nis factum iam est curantis consilium dirigi debet.  
 In qua equidem absolanda re crassum succum ve-  
 nas obturantem, tam per ea quæ introsuscipiuntur  
 quam per extrinsecus admota, sensim attenuare &  
 extra corpus pellere expediet, obiterque siquid quæ  
 eiusdem humoris denuo generetur in corpore, eius  
 cotidiana fiet euacuatio. In quem duplicem usum,  
 haud inutile erit, tres aut quatuor vncias subsequen-  
 tis syrupi cotidie summo mane exhibere. Qui reci-  
 piat radicem scorchionetæ & glizirrhizæ, corticem  
 radicem fœniculi, petroselini, graminis, iuringij, cap-  
 parrorū, & buglossæ anā p. j. seminis anisi & fœni-  
 culi & passularum enucleatarum anā p. j. & sem. ca-  
 pillorum veneris & pulegij anā. m. j. florum borra-  
 ginis melissæ & buglossæ anā. p. j. prunorum. n. xx.  
 omnia hæc libris xij. aqua macerentur. Deinde len-  
 te igni, quousque tertia desit pars, decoctio fiat:  
 in cuius vltimis ebullitionibus, predictis adde epis-  
 rhimi & foliorum sennæ anā vn. c. j. facta que subin-  
 de forti expressione, ex hac ipsa & pari ac sufficien-  
 ti mellis & sacchari portione Syrupus fiat. Hunc et  
 go quindecim diebus ab vncijs duabus & semis ad  
 vncias quatuor summere proderit. Quia tamen fa-  
 cilius eius virtus ad vterum permeet, adianti semi-  
 nisque fœniculi decocto ipse diluatur. Quod si, his  
 adhuc factis, obstructio perseveret chalybis usus  
 erit oportunus. Sed quia melancholicus humor obs-  
 tructionem efficiens, vbi ijs quæ vehementer exal-  
 faciant siccantque medicamentis vtitur, in lapido-  
 sa linquitur concretio: non quidem chalybis sub-  
 stantia, sed quæ ex ipso extrahitur virtus ex usu in  
 hoc

hoc casu erit. Quò fit vt sub sequens syrupus optimus habendus sit, qui recipit, ly maturę chalybis vnc. iij, aquę lupulorũ & cychorij anã lib. ij. chalybs vñ quę ad cãdorem ignitus in dicta extinguitur aqua; tunc quę passularũ enucleatarũ vnc. viij. adijcies, ac per tres macerentur dies. Deinde verò ad tertię partis consumptionem lento igni bulliant; & colaturę adde corticum radicis rumericis rubiæ & caparrorum anã vnc. j. sem. corticũ radicũ cychorij & foeniculi anã vnc. j. artemisię & capillorum veneris anã m. j. iterum igni admoueantur; & postquam sufficienter bulliant fiat expræssio; ex qua equidem & sesquilibra sacchari syrupus secundum artem paratur. Post cuius costidianam assumptionem (quę trium vnciarum quantitate fiet) è vestigio foemina exercitio vtatur; non tamen adeo magno ac vbi id exusa venit medicamentum, quod chalybis substantiam recipiat. Erit item ad eiusmodi profligãdas obstructions emollientibus ac discutientibus (non tamen valde calidis) medicamentis exterius vterus inũgendus. Cui sanè operi lilliorum alborum, amigdalorum amarorum, & anethi olea inter se mista conducũt. Mire etiam sublequês limimentum præstabit, quod recipiat olei anethi lilliorum alborum & amigdalorum amarorũ anã vnc. j. vnguenti dialtheę simplicis, & de opilatiui succorum anã vnc. j. sem. aquę vitę vnc. sem. pulueris pulegiij & corticum radicũ capparrorum anã scrup. iij. misce pro linimento: vel sufficienti addita cera vnguentum confice. Sed cum dictorũ omnium præsidiorum oportuno vsu foeminam ab

obstructione esse liberam inueniamus: tunc profecto iam menses prouocandi occasio se nobis exhibet. Quod sane opus exequemur, si prope consueti circuitus tempus infernarum partium labacris, frictionibus, venarum intalo sectione, euaporationibus item, in selsionibus, suffribus, pelsis atq; ijs, quæ deuorata, aut epota menstruam mouere purgatione habent: vel horum omnium aliquibus utamur. Consimili igitur occasione bis indio (manè videlicet foemina ieiuna, & ante cenam meridiano iam consumpto cibo) crurum frictiones oportunæ admodum erunt: nedùm earundem partium lotiones, quæ ex calida aqua in qua pulegium arte missia calamintha & sabina priùs serbeant, adhibeantur. Mirum etiam in modum, eodem instante menstruæ purgationis tempore, hanc euacuatione euocat ex talo sanguinis detractio. Quæ, si partita ex utroque fiat pede, ad id certè efficacior erit. Eisdem vsui aromaticum suffitus valde cōducere lib. ʒ. aphorism. text. 28. Hippocrates eiusque commentator testantur: suffitus autè, ex sthirace, belzoino, labendula, triangulari iunco, gallia & alipta muscata appositissimè parantur. Nec inutilis equidè erit, qui recipiat, mirrhæ vnc. sem. sthiracis vnc. j. iridis assari, cumini anà drach. iiij. opoponacis drach. ij. pulegij vtriusque anà drach. j. misce cùm mucylagine gummi tragacanthæ & pastillo forma. In eūdem pariter vsu ex sabina, rubee, cori, calamenthi & origani decocto vapor utiliter per infundibulum suscipitur. Ex quo similiter decocto vel consimili alio (putà ex arte missa, pulegio, sabina calamintha,



mentha, melanthio, lauri folijs maiorana lilij & altheæ radice, confecto) encathismata fieri, eisque ipfis mand ventre ieiuno vii, summè vtique proderit. Atque ab infensione, eam ipsam vim obtinètes, pessos indere, multum afferet adiuuenti. Mirè autem menses mouere habet pessus, qui ex artemisia & mercuriali simul conuersis, solis vel melanthij farina admittis, conficiatur. Nec mediocriter ad id conducit recens altheæ radix digiti magnitudine subdita, & eo maximè si radicis ellebori albi frustula inse per xxiiij. horas habuerit in fixa extractaque ab ipsa radice vt è di tempore sint. Pessus præterea ad euocandos menses fastis idoneus in hunc modum paratur. Mirihæ, semis melanthij anà drach. iij. calamenthi drach. ij. stircis drach. ij. misce & cum succo mercurialis pessarium cōfice. Pessariū aliud eidem operi proficuum Actius laudat, ipsumque ex nitro & artemisia (pari vtriusque portione) oleo irino, aut rosaceo exceptis conficere, & post balneum subdere iubet. Sed in pessarium vsu aduertisse expedit, vt, extractionis causa, omnia filo appensa subdantur.

Plurima denique ore sumpta menses euocare experientia discimus; cuius sanè conditionis sunt, sabina, pulegium, calamintha, dictamnium, assarū, costus, cinamomum, aristolochia betonica, melanthium, foeniculum, dauci semen, pastinaca, polij, casthoreum, & sthirax sed horum omnium sabina menses efficacius prouocat. Cuius tenuissimi pulueris drachma semis ex melierato, post encathismatis vsu, exhibita valide id promouet opus. Quia tamen medicamentum hoc tertij ordinis cal

facientium, ac siccantium existit, caute eo expedit  
 uti, ne foeminas praetermodum calfaciat, nedum fe-  
 brem excitet. Tutius ergo erit ex hydromelle sub-  
 tilem pulegij aut calaminthae pulvere, drachmae  
 vnius quantitate, ab infusione propinare. Caltho-  
 reum item cochlearij mensura (mediocris intelli-  
 ge) cum pulegio & calamintha non modo citra  
 foeminae lesionem, sed foelici semper euentu, Ga-  
 lenus se bibendum ex melicrato multis praebuisse  
 lib. 11. de simp. med. fac. refert. Nec inutilius erit si  
 calthorium ex vnc. ij. de cocti pulegij solutum tri-  
 buas. Paulus mirrhā ex melicrato, aut aqua, in qua  
 artemisia bullierit, ad idem vnius oboli, duorum  
 ve, quantitate, potare iubet. Sed mirum in modum  
 troscisci de mirrha, a drach. sem. ad drach. j. ex pule-  
 gij, decocto exhibiti, menses prouocare habent. Ex  
 eodem etiam decocto, ac simili quantitate, assa fo-  
 tida epota ad idem summè conducit. Sed efficacissi-  
 mum ad idem ac accerrimum medicamentum Ae-  
 rius ferm, vlt. cap. 54. subsequens esse dicit, per hec  
 77 verba, pulegij antimisiæ, rutæ, saluiæ, anethi, singu-  
 78 lorum. m. j. piperis grata xx. aquæ sextarios duos  
 79 (vntias nimirum viginti) Piper contussum & her-  
 80 uis admixtum per noctem aqua maceratur, manè  
 81 verò ad dimidias coquitur & ad excolatum mel-  
 82 lis quatum satis est adiicitur; indeque cyati duo (va-  
 83 tiae videlicet tres & semis) ieiunæ exhibeantur, ipse  
 84 verò sensim in ambulare iubeatur, & lectica gesten-  
 85 tur. Tempora autem, ad talia medicamenta acci-  
 86 pienda, commoda sunt; alterum ap. opinquantè iā  
 87 purgationis tempore; alterum vt post vactionem  
 88 fomen-

fomenta q̄; ac balneum statim bibat; ita vt in calidū  
 adhuc & solutum corpus illabens medicamentum,  
 vires suas efficacius declaret. Hęc Acrius. Alia præc  
 rea quam plurima, eidem operi proficua, medicamē  
 ta ab auctoribus adducuntur, quæ tamē ex eo om̄ie  
 tere decuit; quòd sciendis mensibus supra dicta sus-  
 ficiant. Quos sanè vbi curata iā impediēte obstru-  
 ctione fluere debitis temporibus accidat sanguis  
 tunc pro conceptu nutriendo ad vterum permeare  
 nō sinet. Manebitque sic, quæ ab eiusmodi causa or-  
 ta erat, sterilitas profus curata.

## C A P V T XXII.

*De corrigendo, sanguinis fœtum alituri,  
 in excedente quantitate, ut mala qua-  
 litate, vitio, fœminam sterilem effi-  
 ciente.*



**N**E C Minus quàm sanguinis def-  
 ectu perire solet, eius immodi-  
 ca copia, nutriendus conceptus  
 interdum suffocari inuenitur.  
 Cuius equidem affluentia cum  
 potissima causa, ne dùm frequen-  
 tior superfluous existat mensiuo-  
 rum fluxus; atque hic tam à quantitate exuberante,  
 quàm ab infestante qualitate oriri eueniat: non abs-

*Sanguinis  
 sua affluentia  
 genituram  
 suffocantis.  
 dignorio, fo-  
 li. 52. & 53.*

re in præsentia capite nobis fuit visum, de utroque hoc agere vitio, ipsiusque mensium purgationis immodicæ curationem ex professo traddere. Et eo maximè quod menstruorum immoderatum fluxum eadem causæ habeant excitare, cum ijs quæ sanguinis ubertate genituram suffocare efficiunt; sicque illo per propriæ causæ ablationem curato affectu, qualiter hic profligari debeat, aperte reddetur. Igitur menstrua præter modum purgatio (non secus ac foetum suffocans sanguinis affluentia) aut ipsius sanguinis, aut venarum uteri insurgit culpa. Quæ quidem inficitur sanguis, vel redundans, vel infesta qualitate affectus, vel admodò tenuis redditus, ut sua sponte, non reluctantibus vasorum osculis, intra uteri cavitatem permeet. Ab uteri verò venis eadem mala proveniunt, ubi ipsarum ora nimis pateant. Eis autem consimile succrescit vitium, ruptis quidem, aut erosis, aut amplioribus factis. In quorum numero venarum apertionem, quæ expellentis virtutis impetu fit ac vi, minimè utique reponimus; quia vitium hoc sanguini potius, qui quantitate grauet, aut qualitate molestat, quam venis, quæ inculpatæ sunt, debeat adscribi. In omnibus ergo eiusmodi causis etsi earum unaquæque peculiarem sibi exigat medendi modum; una tamen generalis ab ipso fluxu indicatio præstat: quæ si quidem contrarietatem præscribit; immoderatum fluxionem sistendam esse docet. At in opere hoc perficiendo illud præcisse expedit, quod apud Galenum libro 7. de comp. medic. secund. loco capite quarto, notatum invenimus. Pericula nimirum duo in sanguinis profus

p̄ofusione inueniri. Ultra primum enim discrimen, quod in superflua euacuatione consistit; aliud cohibito fluxu in surgere dicit; Id autem, in superflua menstruorum purgatione, quale existat sermone ultimo capite 66. Aetius demonstrat: nos quidem cauendum esse monens, ne sanguine repente suppræssio inflammatio aliqua oboriatur. Quam ob rem ibidem ipse in consimili fluxu ( ut tuta huius suppræssio fiat ) primum sanguinem reuulsoriarum per venæ sectionem euacuare præcipit. Auxilium enim hoc, quando quidem miram reuellendi obrinet efficaciam ( nisi ab ijs quæ sanguinem mitti prohibent impediri eueniat ) protinus exerceri debet. Quippe ab omnibus huius mali causis summè expeditur. Quibus item omnibus ea ex usu est victus institutio, quæ fluxum cohibere, astringere ac bonum succum generare habeat. Cuius sanè conditionis erit, si aer ad frigidum aliquantulum vergens elligatur, & somnus moderatus: animi & corporis ( brachiorum tamen seclusis ) vitentur motus. Potestque ægra aquam, in qua chalybs, vel aurum candens prius extinguitur, aut vinum nigrum austerum: ædat verò montanarum auium carnes, assas, vel, addito poligono, ellixas, oua etiam forbitia, & lac cum orriza farre aut amilo decoctum; ex fructibus mala cotonea mespila & sorba. Sed cùm eiusmodi victus institutio, tametsi diuturnam reuulsoriam sanguinis detractionem committentem habeat, menstruam fluxionem sistere, ut plurimum non sufficiat, ad alia confugere præsidia

Dignotio fo  
lio 25. &  
33.

nobis expedit; quibus vniciuſque huius affectus cauſæ ſeorſim medeamur. Sic ergo vbi a ſolo ſanguine; qui quantitate peccet, conſimilis ſuccreuit fluxus, non modo reuulſoriè ſanguine miſſo, ſed redundantia prorsus depoſita, curari poſtulat. Ac item interdum (quando nimirum plenitudo diſtendens rapture, vteri venas affecterit) vtero ipſi topicis adhibitis auxilijs, quæ ruptas venas vnire valeant: de quibus inferius agendum. Quando verò ſanguinis vitium cauſa fluxus exiſtens in eius in feſta qualitate conſiſtit; vbi hæc acrimonia eſt bilioſi exuperantis ſucci, qui ad ſui expulſionem facultatem irritat; eundem humorem (ſanguine prius reuulſoriè detracto) per medicamentum expurgans ante cætera euacuare oportet ipſo met tamen prius debitè præparato. Qui quidem eo magis mittificari deſiderat, quo mordacior eſſe videatur. Sed in mittificatione, quàm per refrigerantia moliri expedit: aſtringentium vſus ex memoria deponere minime decet. Sicque ſyrupus acetofſæ, roſaceus, & myrthinus cum poligoni, aut plantaginis aqua, decocto vè diluti maximè præſtant. Ad eundem autem purgandum ſuccum, ego quidem hanc potiſſimum potionem elligerem quæ recipit rhabarbari & corticum mirabolanorum citrinorum anâ ſcrup. ij. per noctem in plantaginis aqua infuſio fiat: expreſſioni que deinde adde ſyrupi ex nouem infuſionibus roſarum rubeatarum vncias iiij. ſed pro imbecillioribus fœminæ viribus, aut maiori ventris facilitate, conſimilis potio cum minori rhabarbari ac mirabolanorum

sanorum quantitate parabitur; ita ut singulorum drachm. sem. aut scrup. j. suscipiat. Atque eiusmodi purgatio, non quidem semel, sed si exuperans biliosus id postulet succus, debito interposito tempore, bis exhibenda erit. Quibus equidem factis si eundem humorem haud sufficienter purgatum esse constiterit; summè utique proderit rhabarbarum à drachm. sem. ad drachmam j. saccharo rosarum admixtam per intervalla præbere.

Nec tamen dum auxilijs ijs aduersus huius mali causam pugnamus, ipsum profecto negligendum est symptoma. Si quidem fluxum reuellere, pro ut huius exigat urgentia, curandum semper summo opere est. Istud autem exequemur opus, tum supradicta sanguinis ex gibero detractio (partita quidem, ut efficacior reuulsio fiat) tum frictionibus, ac lotionibus brachiorum, nedum cucurbitulis dorso & sub mamis affixis.

Quod si Melancholicus atrabiliaris vè humor sua mordaci infestans qualitate, consimilem sanguinis excitet pro fluxum; huius profecto sanatio, ultra dicta reuellentia subsidia, eiusdem vitiosi exuberantis succi per medicamentum expurgans euacuationem expetit. In cuius rei gratiam, etsi acris crassusque humor non tantum mittificari, sed etiam attenuari deberet: Ad hæc & vias (si forte sint impeditæ) oporteret utique reserari, quia tamen, ipsi sistendo fluxui aperientium, & attenuantium vsus valde aduersatur; meritò quidem is probidis formidandus erit. Sicque leui tan-

*Succi redm-  
dantis dig-  
notio, fel.  
51. & 52.*

tum ( ubi res ferat ) attenuacione vsi crassos ; & acres succos, infestæ qualitatis mittificacione præparatos , purgare aggrediemur . Id tamen minime plene : cum nemini lateat purgationem hanc, exactiorem aliam præparationem desiderare . Qualem autem in præsentis casu ipse sustinet affectus, apte admodum moliemur , exhibitis syrupsis borraginis , buglossæ , scorcioneræ , aut de pomis simplici per pauco syrupo cychorij permistis , & exalidis aqua dilutis . Quam sanè præparationem quæ insequetur purgatio , potione subsequenti exercenda venit . Epithimi & mirabolanorum Indorum singulorum drachm. j. vtraque coniunctim in aqua buglossæ per debitum temporis spatium maceretur , ac deinde , leui præmissa ebullitione , mannæ electæ , vnciâ j. auruncii j. & sem. in ex præsiore dissolues . At si in buccellarum forma medicamentum expurgans exhibere placeat ; id vtiq; præstabit , quod recipit ; pulueris mirabolanorum Indorum drachmam j. epithimi drachm. sem. sacchari rosarum persicarum drachmas , vj. vel vnciâ , j. misceantur benè , ac ex syrupo borraginis formentur boli . Quorum equidem, dictæ vè potionis vsam, pro vrcacochymi succi exuberantia poscat, per interualla iterare oportebit.

*Dignotio huius succi redundantis,*  
fol. 46.

Sed quum à seroso acri, qui exuperet, humore, irritata ad expulsionem natura, profluuium sanguinis insurgit : eius equidem succi, hydragogis exhibitis medicamentis, oportuna euacuatio per infernam aluum existit. Ante purgationem tamen



tamen confimilem humorem epiceraſtico. (Quod temperans medicamentum à Galeno dicitur primo de ſimp. medicam. facult. capit. 12. Idque ſi valentius euaserit humoribus mordicantibus, horum morſum retundit) aliquo mittificari medicamento per utile erit. Cui ſane operi ſyrupus roſarum violaceo admixtus valdè conducet. Serofi verò ſucci purgatio, ( ne ab ijs quæ aquas validè purgant profluuiū ſanguinis exacerbetur ) imbecillibus admodum, & clementibus perfici debet medicamentis; cuius nature ebullorum ſuccus, & braſſicæ marinæ puluis exiſtunt. Ille quidem ab vnc. ſem. ad vnc. vñ. additis vnc. ij. ſyrupi ex 9. infuſionibus roſarum rubearum vtiliter propinatur; hæc verò (braſſica nimirum marina) ad dcach. j. ex vñ. c. ijs duabus dicti ſyrupi propotu: aut ſaccharo roſaceo perſico admixta in buccellarum formam exhibetur. Nec ſemel quidem ſed ( pro poſtulante ſerofi ſucci copia ) bis & terper interualla eiſmodi medicamenta exhibere exigitur. Diebus tamen intermedijs dictum roſaceum ſyrupum violaceo admixtum ad demulcendam acrimoniam præbere, haud minimum erit infructuoſum. At eo minime opus habemus, quando ſerofus humor non quidem naturam ad expellendum mordaci irritans qualitate; ſanguinis profluuij cauſa exiſtit; ſed, ſua dumtaxat tenuitate; adeo tennem ſanguinem reddit, vt, non reſiſtantibus vaſorum oſculis, vltro efluat. Vbi enim eiſmodi tale euenit, non eſt cur ad ſui purgationem aquoſus humor mittificetur: cumque ſic ( cum ex arte non

ex arte non sit in sanguinis fluxu vias aperientibus (vti) citra omnem præparationem (viarum ad huc neglecta) iure vtique euacuabimus. Nec enim aliud in Boeti uxore à consimili causa muliebrem fluxum patiente, Galenum fecisse apud eundem legimus, libro de præcognitionis ad posthumum, capite octauo. Ipse enim (nulla de humoris viarum vè præparatione mentione facta) medicamento aquem humorem educente primò se usum fuisse refert. Quem equidem medicinae parentem si prorsus emulari cupimus, quoties sit opus pharmacum aquas eliciens exhibebimus: ac item eos ipsos humores per cutim euocare, pariterque vrinas educere conabimur. Hoc quidem exhibita aqua, in qua assarum & apium prius ferbeant; illud verò vniuersæ cutis (demptis cruribus ac ventre) frictione atque ex melle inunctione. Nec quòd apium & assarum menses etiam mouere valeant, id circò exhibenda non sunt: Maius enim ex eis iuamentum in eo quòd vrinas mouent consequemur, quàm nocumentum sit, quod ab illa minimè valida prouocatione oriri habet. In hoc præterea casu, haud minimum proderit, licet iactura nulla vterus affectus sit, huic per astringentia topica aliquantulum subuenire. Quod item ipsum in omni menstruorum fluxu, quem, vtero existente incolomi, sanguinis vitium excitauit, agere vtique absre non erit. Leniter tamen astringere conuenit, ne à vitioso suppræssio sanguine grauius malum excitetur, Quo fit vt ex rosaceo & cotoneorum oleis

olei in vntionem parare sufficiat. Quibus, si id in-  
 frigandi necessitas poscat, olei nenupharis noni-  
 hil adijcere prestabit. Additis insuper rosarum &  
 coralli rubri pulueribus ex eisdem oleis & sufficien-  
 ti cera apotissimum vnguentum parari valet. Eruc  
 autem inungendæ non modo partes quæ in infe-  
 riori ventre prope pecten existunt sed etiam re-  
 nes.

Verum quum à venarum vteri vitio menstru-  
 rum prouenit fluxus; acuratiùs multo vtero ipsi  
 consulere expedit, sicquæ præmissis tùm reuellen-  
 tibus supra dictis auxilijs, tùm euacuationibus, quæ  
 pro exsuperantis humoris natura peractæ sint, sum-  
 ma cura subsidium vtero præstare studemus: id-  
 quæ per topica maximè præsidia, quæ variari de-  
 bent, iuxta diuersum venarum vteri vitium. Quod  
 sanè lib. 7. de compos. med. secund. loc. capit. 4. ab  
 his Galeni ostenditur verbis. Curatio autem eius  
 quidem quæ ex aperuone osculi alicuius vasis con-  
 tingit, per obturationem fit otis dilatati. Eius verò  
 quæ ex vasis ruptura, per eiusdem conglutinatio-  
 nem. Quemadmodum eius quæ ex exesione per  
 reuutritionem exessorum. Obturatur igitur oscu-  
 lum dilatatum per adstringentia; conglutinatur au-  
 tem ruptum per eadem, & quæ cunque ipsis in cõ-  
 positione miscetur, citra mordacitatem resiccantia,  
 & glutinosum quidam habentia. Velut est lem-  
 nia terra sphragis appellata, & samius aster. Renu-  
 tritur autem corrosa per cibos boni succi; & phar-  
 maca carnem gignentia, sarcotica Grecis appella-  
 ta, &c. Hæc Galenus cuius cõsilio ducti osculorum

Dignotio  
 fol. 36.

*De curat. steril.*

venarum apertionem præsidijis ijs, quæ astringen-  
di vim habeant, curare agrediemur: id quæ in infesio-  
nibus, suffitibus, vnguētis, emplastris, pessulis & inie-  
ctionibus, eandem virtutem habentibus, vtentes,  
perficere nitentur, infesiones ad vassorum oscula  
ob laxitatem aperta, parare conducet, ex vino ru-  
bro & plubiali aqua, in quibus myrthi folia, virgul-  
torum rubi, hypocistis, rosæ, rhu & balauſtiæ, aut  
harum rerum aliquæ prius ferbeant. Fetus ex mas-  
thicino & mirthino oleo mistis erit oportunus.  
Vnguētum eidem vsui valde proficuum illud erit,  
quod de comitissa nuncupatur. Quia tamen astring-  
gentia & emplastica, quibus ipsum met constat vng-  
uentum, sibi ipsis vias præcludunt, ita, vt sui pene-  
trationem in corpus impediunt; oportet equidem,  
vt, distributionis in corpus gratia, eidem vnguento  
calida aliqua & tenuium particū adijciatur: vt ex  
Galeno constat eodem cap. nuper citato libri. 7. de  
comp. med. secund. loc. nec non & lib. 4. de comp.  
med. per genera. cap. 5. Sic ergo vnguento comi-  
tissæ cinamomum & crocus vtiliter admisceri va-  
lent: erit quæ horum amborum vnica portio dicti  
vnguenti sex aut octo portionibus immiscenda. Si  
vero vnguenti loco emplastrum admouere libeat  
id perutile erit quod recipiat. Olei myrthini vnc.  
v. cerussæ vnc. j. piperis, acatiæ, hypocistidis anā  
drach. sem. croci & cinamomi anā drach. j. sem. sem.  
guinis draconis, boli Armeni anā drach. j. radicis  
bistortæ; gallarum balauſtiarum, coralli rubri, ma-  
sthisicis anā drach. iij. cære rubræ vnc. iij. sem. there-  
binthinæ in succo plantaginis, aut decocto poligo-

nilotæ vnc. iij. misce ac emplastrum cōfice; de eo quando quidem in oleo ceruffam; deinde terebinthina addendo: ac reliqua in fine. Ei quoque ipsi affectioui ex vsu erit, & eo maximè vbi à ceruicis vteri vasculis sanguis profluit, astringens aliquis inditus pessus. Cuius sortis erit, qui recipiat manæ thuris vnc. sem. sanguinis draconis drach. j. boli Armeni drach. j. misce & cum plantaginis succo & lana concerpta pessarium forma: filoque ligarum subdatur. At iniectiones, quod profundiores adhuc vteri venas contingere valeant, vtiliores semper existunt. Eas autem (quæ tepidæ erunt iniiciendæ) parare proderit, tum ex solo plantaginis succo, tum ex vino rubro in quo prius malicorum, aut poligonum bulliat.

Quod si profluuij sanguinis causam venarum vteri ruptura præter; ad huius profligationem omnibus quoque dictis præsiidijs astringentibus vtemur. Ne tamen ab adducto Galeni consilio discedamus, vnguenta emplastra, encathismata, pessus, & iniectiones, vna cum astringentibus ea etiam recipient, quæ glutinandi vim obtineant. Igitur vnguentum pectini ac lumbis admouendum apositum in hunc modum paratur. Olei myrthillorum vnc. iij. pulueris thuris & farinæ trititiæ anà drach. ij. pulueris boli Armeni, corticum granatorum, balaustiarum spicæ & croci anà drach. j. cere quod sit factis misce pro vnguento. Eidem etiam vsui valde proficuum emplastrum sic conficies; santalorum rubeorum, alborum, balaustiarum, sanguinis draconis & radice simplici anà drach. iij. succini drach.

ij. thuris drachh. vi. calycum glandium p. sem. spice,  
 cinamomi, & croci, ana drach. j. sem. omnia hec  
 subtiler puluericentur; quibus ~~libram~~ <sup>venam</sup> bene mi-  
 flis adde colophomæ. lib. j. ceræ vnc. iij. ac emplaf-  
 trum fac. Quod vbi solidioris appareat consisten-  
 tiæ quàm vt commode possit partibus admoueri;  
 addito myrthino oleo, id mollius reddemus. Pef-  
 sus insuper ad idem satis idoneus hoc modo confi-  
 citur. Gallarum & spicæ ana drach. ij. thuris vnc. j.  
 ex plantaginis succo misceantur, & cum discerpta  
 lana pessarium fiat. filo appesum subdendū. Aliud  
 miræ operationis, præsertim vbi in uteri cervi-  
 ce ruptæ sunt venæ, pessarium conficitur, ex la-  
 na, quæ celebri illo intincta sint medicamento à  
 Galeno lib. 5. metho. cap. 4. traddito, quod ex aloë,  
 thure mollissimis leporis pilis & albumine oui ip-  
 se componit. Erit autem ad eius compositionem  
 thuris pars vna aloes parti vnius & semis miscēda.  
 Ex quibus etiam duobus, eidem rei, cum plantagi-  
 nis succo, proficua parabitur iniectio. Nec quod  
 thuris quantitas (glutinationis gratia) maior sit, ita  
 vt aloem æquet, id eo ex utroque confectum medi-  
 camentum inutilius erit.

Venarum denique vteri erosio non modò as-  
 tringentia conglutinantiaque medicamēta ad lui-  
 curationem exigat: sed ea etiam quæ ærossam par-  
 tem carne ad implere valeant, sarcotica dicta. A  
 quorū profectò natura (si quidem sufficienter, non  
 tamen ultra modum siccare habent) adducta om-  
 nia, pro subuenienda venæ ruptura, medicamenta  
 minime desident. Quæ propter eis ipsis in hoc  
 etiam

etiam casu ut merito licebit. Sed quando erosio-  
 nis, persistente affecta carnis generationi ulterius  
 opitulari vellimus: diebus iniectionibus & pelsis;  
 ex aloë & thure paratis, si erui farinam adiicimus,  
 optimum certe sarcoticum euadet medicamentum.  
 Hoc tamen ut vim satis emplasticam obtineat, thu-  
 ris partes duas farine erui & aloës anâ partem unâ  
 in sui compositionem suscipiet. Atque quem ad-  
 modum ex hoc medicamento cum plantaginis suc-  
 co iniectionem; ita cum albumine oui & mollissi-  
 mis leporis pillis pessarum parare præstabit. In  
 omnibus tamen ijs topici adhibendis præsidijs ad  
 uertisse expedit, an in utero ab acri & calido sangui-  
 ne doleris, caloris uè per sentiatur molestia; tû ut  
 vitiosus sanguis, qui ab auxilijs validioribus habet re-  
 tincti, ne maius aliquod efficiat malum, precau-  
 am us; tûm ut accidentibus illis subueniamus. Illud  
 quidem non tantum reuulsione, & mordacis succi  
 euacuatione, eo, quod ostensum est, pacto, peractis  
 perfici debet. Verum assringentium moderato usu.  
 Aliquibus enim (ut Aetii uerbis serm. vul. cap. 66  
 utar) oculi uteri meatus à vehementioribus me-  
 dicamentis adeo constringuntur, ut uleus, aut duri-  
 tia oboriatur, & cœco quædam facultas tollatur. Quæ  
 sanè mala, ac item inflammationem ipsamet Aet-  
 tius præcauens aliquibus interpolatis hæc addit.  
 At si fluxus multitudo reprimatur; parcus autem  
 adhuc feratur pro refrigerantibus ac adstringentibus  
 media inter hæc adhibeantur: ut ne fluxu repente  
 suppresso, inflammatio aliqua suboriatur. Igitur  
 in hoc casu vel cotoneorum oleum myrrhino ad

*In topicorū  
 usu quod  
 maxime ad  
 uertendum.*



De curat. steril.

mistum exterius utero adhibere sufficiet, vel quod  
subsequitur emplastrum. Tometi ex panno cocci-  
neo (Hispano ferm. borra de grana) rosarum siccarum  
unc. sem. coralli rubri drac. j. & sem. misce & cum  
mica panis in vino rubro emplastrum fiat.

Intra uterum vero immittenda, ubi molestans  
per sentitur calor, praesidia quae hunc corrigi va-  
leant ex usu erunt. Cuius sane virtutis haud medi-  
ocris parte capit. iniectione, quae plantaginis succo so-  
lo, aut poligoni succo per mixto paratur. Ad idem  
etiam e poligono trito optimum conficitur pessa-  
rium. At ubi dolor ad sit cum plantaginis succo,  
& ouilo lacte quae fiant iniectiones proficuae ad-  
modum erunt. Quod si cum laeibus candentibus,  
que lapillis, ad medias coctum sit lac ei utique  
operi longe utilius erit. Quauis enim lac me-  
dicamentum sit leniens, suam totam substantiam  
in mordacitatis ex parte obtinens, multo profecto  
magis acrimoniam respuit (Galeno dicente lib. 10.  
de simp. med. lac) ubi coctione potissima serosi hu-  
moris pars absorpta fuerit. Quae quidem ex eo  
quod abstergendi virtutem habeat ad sanguinis  
fluxum minime conducit. Et hac de causa assininum  
lac (quia videlicet nimis serosum existat) non adeo po-  
tente, ut aliquibus fuit visum in eundem usum infunditur.  
Est & aliud praesidorum genus menstruorum  
immoderato fluxui proficuum, cuius nunc memi-  
nissè restat. Ad hanc enim reuellene eiusmodi malum  
saepè inuenitur, ut ad eius profligitionem non so-  
lum opus sit exuperantis succi euacuationem fluen-  
tis, sed et reuulsionem moliri, atque utero simul per  
topica

\* p. 1.

Uterus ut  
hunc uter  
sa curat  
ut uter



topica providere; sed per ea etiam quæ ore summū  
 tur, humores crassiores, & ad motum ineptiores red  
 dendo, profluuij cohibitioni operam impendere.  
 At his auxilijs nec semper, nec protinus à principio  
 necdum validis eis ipsis semper existentibus, vti cō  
 venit. Quippe vbi fluxus minimè vrget, quia nimi  
 rum, nec ipse nimius sit, nec vires labantur, si caco  
 chymū aliquem succum purgare velimus; per deuō  
 rata & epota venas astringere, ac humores crassio  
 res redere, alienum à ratione apparet. Sat enim ea  
 oçcassione est, reuellentia adhibere præsidia; vitio  
 sum euacuare succū: & vtero pro causæ ratione sub  
 venire. Præterea non quia sanguis copiosè fluat, il  
 licò ea, quæ astringant ore summèda erunt; sed post  
 quàm, tum sâguinis missione, cucurbitulis, & reuel  
 lentibus alijs præsidijs sanguinem sistere tentaue  
 rimus; tum malum ipsum persistere videamus. De  
 nique haud semper ijs, quæ ore sumpta, sanguinem  
 vehementer habent retinere, necessarium est vti.  
 Quando quidem, vbi profluuentis sanguinis copia  
 parum amediocritate recedit, & eo maximè, vbi  
 pariter foemina alicuius visceris obstructionem pa  
 tiatur, ea quæ valide astringant per ore exhibere (nō  
 fallor) planè videtur absurdum.

Verūm quando tum reuellentibus, tum debitis  
 topicis, adhibitis, non cohibetur fluxus: sed sanguis  
 adhuc copiosè fluit; ac nulla simul vitio succi purg  
 gandi necessitas adest; tunc equidem per intrinse  
 cus summenda, licet valida sint, (non tamen pror  
 sus obstructione neglecta, vbi ad sit) sistendi flu  
 xus se occasio offert. Hæc tamen mutationem pas

titur, eo etiãdum persistente fluxu, si purgatio  
 si purgatio dicta necessaria sit. Cũ enim ad huius  
 exercitium vias referari & humores fluidiores red  
 di desiderant; fluxus verò retentio contraria pro  
 fus exposcat; pugnantur utique inter se indicatio  
 nes. Atque eo tempore ad id quod magis urget cu  
 rantis consilium primum dirigi debet; altero tamẽ  
 non neglecto: cuius ratione imbecillius, quã ur  
 gentior postulat res, medicamentum est exhiben  
 dum: ac pro maiori aut minori inter res postulan  
 tes excessu, facta earum ad inuicem colatione, il  
 lud augeri exigit, aut minui. Ore autem sumẽda mo  
 derate profluentẽ sanguinem retinent, grana tin  
 ctorum, sericum purpureum, corallum rubrum,  
 & thus. Quorum equidem adstringenti vi uterus  
 roborari habet, ut hoc modo bonum cõtineat san  
 guinem, & vitiosum rejiciat. Ex eis ergo potus dis  
 cto vsui oportunus in hunc modum parabitur: pul  
 ueris chermesin & thuris singulorũ drach. sem.  
 pluuiiali aqua miscantur, aut ex ea in qua can  
 dens aurum extincta sit. Quod si maiorem ad  
 strictionem optes, in loco thuris huius corticem  
 constitue. Ei etiam operi mire hæc tabellæ con  
 ducunt. Puluetis corallorum ruborum & granor  
 um tinctorum ana drach. sem. serici purpurei sub  
 tiliter puluerizati drach. j. misce & sufficienti sac  
 charo in aqua capitũ rosarum fiant tabellæ. Quæ  
 quidem amplius astringent, si in serici locum succi  
 num, & pro rubro corallo album, eadem quantita  
 te substituas. Cui sic confecto medicamento terra  
 lemnia seu sigillata dicta pares habet vires. atque

eius drach. j. ex syrupo rosarum sicarum & plubia-  
lis aquæ singulorum vnc. j. sem. soluta concedenda  
erit. His insuper magis aduhuc astringit bolus Ar-  
menus, eiusquè drach. j. ex syrupo myrthino &  
aqua plubiali, vel plantaginis vtiliter propinatur.  
Validam quoquè astructionem pentaphilum obti-  
net, & eius maximè radix. Cuius succum ad vnc.  
ij, decoctum verò ad vnc. iij. summere præstabit. Ac  
simul cum adstringenti non valde magna momen-  
taneam inspissando vim subsequens sortitur medi-  
camentum, quod recipit: corallorum rubeorū, ter-  
ræ samiaz, succini, mastichis, anà drach. vj. amili. thu-  
ris gummi anà drach. iij. misce: ac ex plubiali aqua  
eius drach. sem. propinetur. Id tamen medicamen-  
tū reddetur magis adstringens, si pro corallo sym-  
phiti radicem, profamia terra Armenū bolum re-  
cipiat. Multo verò magis adstringet, si insuc-  
cini & mastichis locum, balaustium & rhus, aut  
galla subrogentur. Sed penetrationis gratia spi-  
cam & piper cuiusquè drach. ij. quantitate adijcies.  
Summè autem sanguinem densare, ac eius proflu-  
uium sistere, ea habent composita medicamenta,  
quæ ultra dicta inspissantia astringentia, & cōglu-  
tinantia, opium etiam recipiant. Cuius equidem na-  
turæ existunt trocisci de charabe, & trocisci de ter-  
ra sigillata; qui ex opio interdum conficiuntur. Quo-  
rū dosis erit à drach. sem. ad drach. j. ex poligoni de-  
cocto, aut ex myrthino syrupo & plātaginis aqua  
vel (vbi ferat occasio) vino nigro austero solutorū.

Sed inter ea quæ profluētē menstruorū sangui-  
nē, à quacūq; is causa immodicè fluat, mirifè sistūt,

*De curat. steril.*

radicis mori existit cortex; cuius siccati drach. j. ieiū  
no vêtre singulis diebus ex vino nigro epotam ad  
id aprime valere fida experientia comperui. Ex  
his ergo iam immoderati menstruorum fluxus cu  
ratio ostensa manet. Quam, vbi calluerit quis, eum  
etiā ipsum sanguinis in qualitate aut exuberāte quā  
tate peccati, foeminam sterilem reddentis, pro fligādi modū, notū habebit. Quippe, vbi affectus hic  
ab vberiori prouenit sanguine, cōceptū suffocante  
ipsamq; (hoc est sterilitatē) venarū illud excitet vi  
tū, quod earum ruptio sit aut erosio: si quidē tūc  
sanguinis quoq; pro fluiū necessario aderit; ideo  
ab huius traddita curatione alia non egemus. Quā  
dō autē sanguinis foetum alituri prætermoū vber  
tas ab osculo rum earundem venarum à pertione  
oritur; vbi hæc momentanea sit, sanguinis etiam  
illud insurget profliū quod iam cuatum reliqui  
mus. Vbi verō eorū apertio minor existat quā v  
sua sponte sanguis effluat, ad conceptus tamē nu  
tritionē attractus, vijs amplioribus quā decebat re  
pertis, adeo copiosus accedit, vt geniturā suffocet;  
tūc equidē per astringentia topica curatione non ali  
ter adhibēda est, ac in sanguinis profligādo fluxu,  
à consimili causa orto, adducta manet; vno tantū  
prænotato, quod minor laxitas, minus siccati pos  
tulat & astringi. Quod si in sanguine ipso cōceptū  
nutrituro in foecunditatis causa consistat; vbi hæc  
illius sit redūdantis, non secus ac mēstrum immodi  
cus fluxus, quē similis causa creauit; sanguine suffi  
ciēter excubito detracto curari habet. Vbi autē id  
sterilitatis in sanguine vitiū eius existat tenuitas,  
quia

quia videlicet plurima ipse sit serositate commixtus si quidē mēstruorū tūc fusequi solet profluuiū, ac de huius curatione superius est actū: patere videt̄ quod videtur qualiter consimile sanguinis vitium curari debeat. Vnū tamen hoc (ex se quidem satis apertū) prius animaduertisse oportet. Puta quod vbi seroso existente sanguine, mēstruorum ab est profluuium (vt accidere necessum est, dū venarum vteri ora strictiora sunt, quā vt per ea tenuis ad modum sanguis vltro permeet) eo equidem tempore, secus ac præssenti immodico mensium fluore, præmissa serosi exsuperantis succi debita purgatione, vias aperire, ac expeditas liberaſque reddere audacter possumus. Quod item ipsum agere licet, quādō citra id quod fluore dicto fœmina laboret; sanguis infesta qualitate peccans sterilitatē gignit. Eodem enim absente profluuiō non est cur haud perducamur ad opus, omne id, quod ab ipsomet fluxu haberet impediri. Sicquē nō modō vias aperiendi, sed humores (vbi sit opus) attenuādi nedūm postulatis euacuandi medicamentis, tūc se præbet occasio. Quibus sic prænotatis sanguinis in quantitate, aut qualitate vitium fœcūditatē impediens, quoniā pacto corrigi debeat, apertum manet. Etenim qualiter humores omnes ad purgationē præparari, quibusq; medicamentis cōsimile opus exerceri oporteat dictum in superioribus relinquitur. Nec illud itē nos siluisse cōperies, in cuius errorem plerosq; incidere, lib. de præcognitione ad posthuc. c. 8. Galen. dicit; dū illi id quod redūdat euacuant; ne autē ei simile aliud generetur nō prohibent. In

uteri enim vlceribus, & scirrhoso tumore curadis; nō modo deijs quę ad cuiusquę peccātis succi euacuationē attinent: sed de eiusdē etiam noua generatione impedienda mentionem fecimus. Non igitur nobis necessum erit curationi in fœcueditatis à sanguinis vitio productę, amplius in morari.

## C A P V T XXIII.

### De resolutionis uteri curatione.

Dignotio. f.  
37.



Tertia sterilitatis differentia; in qua ob externum errorem uteris à concipiendi actione deficit, eiusdē uteri neruorum resolutio erat. Cum enim uteris in generariōnis vsu voluptatis dulcedine capi exigebat; sēsu (nec hebeti profecto) indigit, vt suscipiendę delectationi habilis redderetur. In cuius rei gratiam, vt à cerebro per excogitatos à natura canales sensus eidem demandaretur; providē quidem ipsa varios in eundem distribuit neruos. Postquā enim, septo iam perforato transuerso, dextrum sextę coniugationis neruum intres disseminauit ramos, ac in totidem sinistram; ab vno horum ramulo vnā, & ab illorum altero alteram neruorum propaginem desumpsit: harumquę dexteram incorporis uteri dexteram partem, & sinistram in sinistram misit. Sed

Sed ne matris ceruicem sensu reliqueret orbam, rā mulos etiam quosdam (acceptos quidem à neruis qui eduabur vltimis ossi sacri vertebris ortum ducunt) eidem obtulit. Ergo cuiusquē horum neruorum ratione, vbi sentiendi virtutis intercluditur additus; vtero parrlysis succrescit. Eum autem præcludi accidit (vt in superioribus diximus à nerui sectione: eius à vulnere cicatrice callosa, cōpressione, refrigeratione densante, & obstructione. At quod à callosa cicatrice censimile neruorum prouenit vitium, non minus ac quod à nerui sectione insurgit, pro deplorato relinquimus. Quod verò à tumore prouenit comprimete curationem hoc profligato suscipit. At illud quod neruis à refrigeratione densatis insurgit: si recens sit, ac nullus incorpore prætermođū exuperet humor: eis solis calfacientibus topicis corrigi valet, quibus neruus, à pituitoso obstructus succo, curari postulat. Sicquē huius tantum affectionis curandi modum tradere restat.

In cuius rei gratiam nobis expediet, primum redundantem pituitam, siuē in corpore vniuerso, siuē in cerebro sit, euacuare: deinde tum cerebro, vbi huius mali existit origo, providere: tum quod in affecto neruo sentiendi virtutis viam intercludit, per topica auxilia digerere. Quod si aliqua quæ simul ijs omnibus congruant, inueniantur auxilia, hisce quoquē vti alienum à ratione non erit: Nec dum & parti ipsi resolutæ per topica subuenire. Præ omnibus tamen ijs oportuna victus ratio tradenda occurrit. Quæ quidem in hunc modum

instituetur. Aer calidus, & siccus elligatur; à frigore  
 re foemina magno pere caueat; somno mediocri, &  
 nocturno vtatur: meridianum fugiat: mediocriter  
 se exerceat, & animi perturbationes vitet: ven-  
 trem natura, vel arte mollem habere curet, oua &  
 pullorum, gallinarum, caponum columbarum per  
 dicumque carnes summat afflas. Quod si easdem el-  
 lixas summere elligat: origani, & saluiae nonihil  
 cum ipsis decoquatur. Potuserit aqua mulsa, vel  
 ca inqua saluiae parum ferbuerit: ac simul cinamo-  
 mo aromatizata. Quibus sic institutis ad pituito-  
 sum purgandum succum, huius prius, & viarum  
 præparationem moliri expedit. At cum hæc medi-  
 camentorum aperientium, & attenuantium vsu;  
 quæ valdè calida sunt, perfici debeat, sit profecto,  
 vt communes viæ, ventriculum nimirum, & inte-  
 stina prius repugari desiderent, ne eiusmodi cali-  
 da menta crudos dictæ primæ regionis succos ad  
 venas, nedùm corporis habitum deducant. Hoc enim  
 magnopere veretur Galenus lib. 4. de sanit. tuend.  
 capitibus 5. 6. 7. & 9. Quibus autem medicamen-  
 tis consimilis blanda purgatio exerceri postulet in  
 superioribus requires, Igitur hæc blanda præmis-  
 sa purgatione, non modo medicamentis exhibi-  
 tis quæ vias aperiant, succi crassitudinem attenuet;  
 & lentorem dissecet, foemina ad pituitæ enacua-  
 tionem præpari æget, verum (vbi nihil obstat)  
 sanguine quoquè misso, sic enim viarum præparatio  
 reddetur exactior. Quippe qui à longinquis parti-  
 bus per venas attrahendus est humor (quando qui-  
 dem corpus per corpus penetrare nequit) deside-

Fol. 123.



fat quidē, vt aditū satis liberum habeat, tūm quod  
venæ ipsæ sint parum opletæ; tūm quod in hunc  
vsu seccentur. Attenta tamen frigidi affectus na-  
tura, parcē sanguis est detrahendus. Maximē qui-  
dem quando euacuatio hæc ex vsu esse nobis vide-  
tur, non alicuius demendæ redundantæ ratione,  
sed vt cōmodior subsit locus medicamento expur-  
ganti. Quod item opus aperiētibus etiā molimur  
syrupis. Quibus pariter ad crassi succi præparatio-  
nem vis insit attenuans. Sed vt Auicennæ placito  
lib. 3. seç. 2. cap. 4. subscribamus, tam in præpara-  
tione, quā in euacuatione à mitioribus incipien-  
dū est medicamentis. Sicquē pituitosum succum in  
corpore redundantem, primū rhodelle, pauco  
oximelle (si accida vterus nō renuat) permisto, &  
aqua cinamomo aromatizata diluto, deinde hidromelle  
exrigani, aut pulegij decocto, confecto vte-  
mur; ac demum syrupum de calamintha. Quæ etiā  
in purgatione seruata legē. Primū (si potum la-  
borans summere elligat) agarici trociscati, aut car-  
thami expansionem exhibere præstabit, deinde el-  
lectarium indū maius, ac postea indū minus. Quæ  
tamen ellectaria, vt peculiarius pituitam ena-  
cuent scamonij loco tantundem coloquintidis  
in sui compositionem suscipient. Sed pillulas  
summere non reuerti eas libentius concedes. Il-  
læ vero primū n appositissimæ sunt, quæ à no-  
bis in profliganda humida vteri intemperatura  
ad pituitosi succi purgationem descripe manent.  
Secundo loco pillulæ de agarico ac, postremò foe-  
tida.

Quod si non ab vniuerso tantum corpore sed  
 etiam à cerebro (quod in eiusmodi affectu, vt plu-  
 rimum patitur) pituitosum humorē purgare oportet  
 reatūm syrupis qui consimilem respiciant parti-  
 culam (cuius condictionis syrupus de thecado exi-  
 stit) tūm pillulis quæ ab eadem dictum succum el-  
 cere habeant (quales sunt cochix) id opus molie-  
 mur. Ad hæc vbi cerebrum laborat, nō modo eius  
 modi vniuersali euacuatione, sed hæc præmissa  
 eidem particulæ peculiaribus alijs, pituitosus succus  
 est educendus. Eas autem perducemus ad opus, gar-  
 garismatum, errithnorum, atq; à pophlegmatisma-  
 tum vsu. Gargarisma ex capite pituitâ educens, re-  
 ctè cōficiet, si hysopum, rorem marimum, saluiâ,  
 castoreum, & piretrum ex aqua ad tertix partis  
 consumptionem coquas; ac expræssioni quintam  
 partem oximellitis adijcias. Errithnum verò ad  
 idem perutile in hunc modum parari habet: succi  
 ficlæ vini albi & rhodomellis colati anâ vnc. j. pul-  
 ueris heruæ Nicotianæ (vulgo tabaco dictæ) scrup.  
 sē. misce. Huic in super haud inutiles succi mercuri-  
 acialis vnc. j. & agarici trociscati scrup. sē. possunt  
 addi. Præstabit etiâ ex melâthij farina, & tabaci pul-  
 uere cuiusq; scrup. j. quâtitate errithnū solidū cū  
 mercuriali succo cōficere, ac in penicilli formâ na-  
 ribus indere. Sed in eūdē vsu à pophlegmatismū  
 expiretri, & masthiciis portionibus paribus cū suf-  
 ficiētī cera parabis. Aliud itē miræ efficacix sic  
 cōpones. Pulueris acori, piretri, sinapi, nucis mus-  
 cata, & cubearum anâ drach. j. sem. subtiliter hæc  
 puluerizentur & cū vnc. ij. ceræ albæ ad aueltanæ  
 magnis

magnitudinem orbiculos forma. Quorum vnus mane ante cibum per horam erit ore retinendus ac mandendus.

*iiii* Cerebro præterea laboranti per inunctiones emplastræ & sacculos, ne dùm inuisiones subuenire, nobis etiam expediet, vt tùm, frigido intemperamento correcto, robur eidem impartiamur particula; tùm superstitem peccantem digeramus humorem; saltem nimirum illum, quem propter frigidam intemperiem cotidie cerebrum coacernare habet. Inunctiones satis proficue in toto capite fiēt ex oleis casthorei, de euphoruio & rutæ; quibus penetrationis causa aquæ vitæ nonihil ad mixtum sit. Emplastrum verò ad id mirificè conferens ego in hunc modum parare soleo, laudani deputati vnc. v. masthiciis, vnc. j. stiracis calamithæ & belzoinianâ, vnc. sem. pulueris florum sthecados, vnc. j. sem. pulueris labendule, absinthij, menthæ, rosarum, garyophilorum squinanthi cardamomi, anâ drach. iij. spicæ nardi, celticæ, euphoruij, casthorei & piperis longi, anâ drach. ij. colophonie, vnc. viij. therebinthinæ communis vnc. j. ceræ quod sit satis misce pro emplastro. At vbi emplastrum vsus (qui vtilior est) agrè scœmina ferat, opportunū saculum sic ad idem conficies. Florum chamemali, meliloti camedreos menthæ, roris marini, & summitatum hysopi anâ, vnc. sem. florum sthecados, vnc. j. ligni aloes drach. j. sem. cinamomi & garyophilorum, anâ drach. j. euphoruij & casthorei, anâ scrup. ij. hæc in puluerem reducta intra geminum pannum sericum, rubrū, ac rarū, ad pilei formam adoptatum insuantur.

R̄

At que

Atque eiusmodi pileo assidue contactum caput manebit.

Ipsi præterea capiti, in paralyfi laboranti, per vi-  
les sunt inuersiones. Quarum administrandi modum  
ab Aetio accipimus, sermone 6. capit. 28. cuius hæc  
sunt verba. Ego verò etiam crustis inurere non du-  
bitarim per ignem aut per medicamentum. Vnam  
quidem circa occipitis cavitatem quo loco spinallis  
medulla initium habet; duas autem ab utraque ip-  
sios parte. Tres aut quatuor in vertice. Vnam ex his  
in medio capitis, tres circum ipsam. Ulceribus enim  
diutius fluidis permanentibus, non despero perfe-  
ctam restitutionem. Hæc Aetius cuius consilium li-  
benter mihi probatur. Minime tamen illorum pla-  
cito assentiar; qui cantharidum usum ad consimiles  
excitandas crustas suadent. Etenim abdita sua bene-  
fica proprietate cantharides protinus, ac cuius nos-  
tri corporis parti admotæ, alterationem inferunt;  
renibus officiunt. Quod equidem tum propria, tum  
aliorum experientia, ipse sufficienter exploratum  
habeo; & cuilibet similiter periculum facienti pate-  
fiet. Unde siquidem medicamentorum, quæ tute  
crustas efficiunt nobis suppetit copia, hæc elligere,  
illud verò, cuius causa alicui nos periculo obijcimus,  
toto animo fugere, rationi consentaneum erit.  
Quam ob rem simili occasione a gra ignem refor-  
midante (aliàs enim huius usum utiliore iudico)  
ipse equidem consulerem crustas per sublimatum  
inurere. Quo solo ad aperiendas fontauellas sæpe  
usus sum. Huius itaque frustulum ad parui ciceris  
magnitudinem particulæ crustam suscipiendæ api-  
pono.

Pono. Ac supra ipsum (vt tùm ei, cui imponitur lo-  
co immobile hæreat, tùm deurendi opus leuiori  
perficiat molestia) vnguentum basilicon lintheo  
exceptum aliquali rei duræ (putâ monetę) conpres-  
sione admoueo. Post triginta verò circiter horas,  
vinculo soluto, & ablato caustico, paruula apparet  
crusta: cui equidem cicere ab hinc cotidie per sep-  
tem aut nouem dies admoto, dictum pariter super  
impono vnguentum. Manetque ab his fontanella,  
eo modo semota crusta, mirè formata. Quo pariter  
pacto prædicta vlcuscula in præsentî affectu ijs,  
quę causticum elligant, sceminis inferre, ex vsu pro-  
culdubio erit. His igitur modis patienti cerebro sub-  
uenire oportet. Quod equidem ( siquidem neruo-  
rum obstructio, quæ paraly sim excitat, in eorum  
origine in esse habet) tunc necessariò patitur, quan-  
dò ratione neruorum, qui à sexta oriuntur cerebri  
coniugatione vtero paraly sis succrescit. At nõ sem-  
per inuenitur affectum vbi neruorum obstructio  
ab vltimis ossis sacri vertebri illabentium, eandem  
in vtero affectionem creat.

Quibus sanè obstructis neruis, quod in ipsis sen-  
tendi virtutis viam intercludit, præ euacuato cor-  
pore, digeri per topica debet. In quo perficiendo ope-  
re, etsi aliquibus vissum sit emollientium vsum ex  
eo esse fugiendum, quod nerui, quorum natura fri-  
gida est & sicca, astrictione, saltem leui, qua robo-  
rentur egent; ego tamen, ijs quas nunc subiiciam, ra-  
tionibus ductus illorum consilium in melius refe-  
ram. Etenim pro comperto habeo, tùm quòd non  
sit opus astrictione, sed quod hanc potius de-

fugere expediat, rùm quod emollicio nonum quam  
 ex arte ab huiusmodi affectu postuletur. Adstric-  
 tionem necessariam non esse, hoc vnum mihi persua-  
 det: quòd videlicet ipsa vel a parte læssa, vel ab huius  
 affectu postulari deberet: atque eam horum modo-  
 rum neutro, ad obstructos medicandos neruos, desi-  
 derari comperiam. Non enim ab ipsis exposcitur  
 nerui. Quippe vt ex Galeno constat, lib. 11. meth.  
 capit. 15. & cap. 16. illæ tantum partes vt roboren-  
 tur topica ex se postulat astringentia, quæ, è primo-  
 ribus cum sint, adhuc in morbis munus suum obire  
 necessario requirunt: cuius naturæ ventriculus sent  
 & hepar. Quod ipsum lib. 4. method. capit. 7. his  
 prius enuntiauerat verbis. Et principis quidem mē-  
 bri robur seruari oportet, velut latius vbi de phleg-  
 mone agetur, docebitur. Quod tale non est licet  
 huic eam medendi rationem tuto adhibeas quæ re-  
 laxando, remittendo quæ mittiget chalasicem Gre-  
 ci vocant. Cum igitur nerui ex consimilibus mo-  
 mentaneis partibus nō sint, minimè quidem ad sui  
 roboris custodiam, adstringentia postulabunt. Quæ  
 item medicamenta affectus ipse (nerui scilicet obs-  
 tructio a crasso humore producta) haud quaquam  
 exposcet: quando quidem illorum vsus huius sana-  
 tionem impedit. Eiusmodi enim affectus curatio  
 crassi succi, neruos obstruentis, resolutione perfici-  
 tur. Cui quidem locus præstari debet ab insensibili-  
 bus vijs, debite dilatatis: quas profectò dicente Ga-  
 leno lib. 5. de simp. med. fac. capit. 14. astringentia  
 ceo à manibus foris claudunt: ipsis nimirum ab as-  
 tringentis substantiæ partibus, contractis. Astringitio  
 igitur

igitur non modò à præssenti neruorum minime postulat affectu, verùm huius curationi haud minima contrarietate aduertatur: quos fit ut merito sit fugienda. Quòd autem emollitio interdum ex arte postuletur, is haud difficile credet, qui pituitosos humores, quibus neruorum via ob tæcatur, (non secus ac in scirrholis tumoribus euenit) aliqueties super exiccatos inueniri consideret. Si quidem tunc (licet non audiatur Actius, qui sermon. 6. capit. 28. malagmais ut iubet) eos ad resolutionem emollientium vltro esse præparandos, iurè inficiari non poterit. Affectibus enim mederi ex resiccata pituita natis (pluribus in locis Galeno teste, putà lib. 2. de art. cur. ad Glauc. cap. 6. lib. 14. method. capit. 4. lib. 5. de simp. med. facul. cap. 9. & lib. 7. de comp. med. per gene. cap. 1.) emollientium medicamentorum est opus. Emollitio ergo, indicatione sumpta à causæ conditione, aliquando ex arte erit postulata. Immodò verò si substantiæ modum, tum affecti loci, tum ipsius digerendi humoris, benè perpendimus, inuenimus quidem emollientium aliquid semper topice esse immiscendum. Quippe succus crassus in parte ita densa, ac neruus existit, inclusus, validè ex calfacientibus ad sui resolutionem indiget. Quæ sanè medicamenta si quidem contētum in particula humidum violenter resoluunt, reliquum omne desiccant, atque hoc modo indurare habebunt. Quòd equidem nocuum summo opere præcauendum esse, rationi consentaneum videtur. Inhibetur autem si eisdem valide calfacientibus non nihil miscemus eorum, quæ, vnà cum leui siccitate, mediocri-

ter calida sunt. Cuius naturæ emollientia existere;  
 lib. 2. de simp. med. fac. capitibus 7. 8. & 9. à Galeno  
 accipimus. Non igitur emollientia à presentis affe-  
 ctus curatione prorsus abdicanda erunt. Veniunt  
 tamen in usum (sicut est dictum) nunc magis, nunc  
 minus, prout crassi obstruentis succi substantiæ mo-  
 dus exigat. Sic ergo ubi pituitosum humorem ner-  
 uos occludentem, nulla esse duritiæ affectum ex eo  
 appareat; quod tùm recens sit ægritudo; tùm nullæ  
 exiccantes indurantes vè, præcesserint causæ; par-  
 ua equidem quantitate topica emollientia valen-  
 ter digerentibus immiscenda sunt. Quod ipsum ad  
 hoc agere conuenit, licet obstruens humor sit indu-  
 ratus; si tamen consimilem dispositionem, non qui-  
 dem à super exiccantibus causis, sed à congelante  
 frigore perpetiatur. Et in utroque hoc casu mire  
 præstabit vnguentum, vltimis olsis sacri vertebra  
 calidum admouendum, quod in hunc modum pare-  
 tur. Olei liliacei & vulpini anà vnc. ij. pulueris maio-  
 ranæ euphoruij castorei & piperis longi, anà dra-  
 chm. j. misce & sufficienti addita cera vnguentum  
 fiat. A quo equidem indurandi opus adhuc paululo-  
 minus est formidandum, si vulpino relicto, lilio-  
 rum olei vnc. iij. ad eius compositionem accipias-  
 mus.

Verùm ubi pituitosus succus neruorum obstru-  
 ctionem efficiens, resiccatus atque hoc modo indu-  
 ratus existat ( quia videlicet aut balneis exiccanti-  
 bus, siue marinis, siue mineralibus, aut aliquibus va-  
 lide exiccantibus topicis, emollientium sibi nihil  
 comitem habentibus ægra sit vsa ) tunc profectò



localia præsidia admoueamus oportet; quæ vnâ cum digerendi virtute, vltra mediocrem emollicentem obtineant. Quam sanè vim hoc (in fallor) sortitur vnguentum quod recipit. Olei lilij albi vnc. iij. dialtheæ vnc. j. pinguedinis anatis vnc. ij. mucilaginis seminis fœnugreci, vnc. ij. & sem. pulueris casthorei, piretri, & euphoruij anà drachm. j. & sem. ceræ parum misce pro vnguento. Eidem præterea vsui appotissimum emplastrum ab Vigone consilio decimoseptimo, accipere præstabit; quod recipit. Casthorei, euphoruij, piperis longi, & nigri anà, drachmam j. armoniaci, opoponacis, anà drachm. v. sem. sthiracis liquidi, drachm. ij. assungia gallinæ, anatis, anseris, & suillæ, anà drachmam, j. & sem. olei irini, laurini, chame-mali, delateribus & de terebinthina, anà uncias sem. vini albi potentis ad siccas soluendas medicinas misce lentoque coque igni ad emplastri formam induendam. Quod equidem in alutam extensum, vltimis ossis sacri vertebri admotum; succum ibidem nervos occludentem; citra inducendi suspicionem, resoluerè habet. Nec præter hanc aliam Actius digerentium vsui iacturam timuit; dum sermone sexto, capite vndecimo octauo citato, à lenioribus esse incipiendum scripsit. Cui & ego libenter assentiens, primum quæ leuius resoluant, ac siccent adhibere; deinde ad fortiora oportere progredi semper vtiq; consulam. Topica autem adducta leuius resoluent, vbi maiorem emollientium portionem; minorem verò euphoruij casthorei,

thorei, & piperi in sui compositionem suscipiantur fortius verò ubi eorū mixtio contrario fiat modo. Humorem præterea neruos obstruentem per ea quæ intro suscipiuntur resolvere quoque curabimus. Quibus si duplex aliud beneficium in sit; nèpè & quando cerebrum patitur, huic subsidium afferre; & quidquid vitiosi humoris in corpore cerebro vè super sit, euacuare; multo equidem magis præstabant. Quæ sane opera theriaca, post purgatiuum pharmacorum vsum, ex labendule, aut salvia decocto exhibita efficere habet. Ea tamen ipsa, ne si nobis summatur, frigidorum medicamentorum (quæ in sui compositionem ingrediuntur) operationes præstet ante duodecimum suæ compositionis annum vtenda minime est. Præstat etiam aristholochiam maximè rotundam, casthoreum vè cochlearij mensuracum pipere, ac prædicto decocto propinare. Perutile item existit ligni guayaci & rubi viticosi decoctum. Quo equidem si sudores moueamus mirificum valde laborantibus præstabimus adiumentum. Summam enim eius modi præsidij, ad eos, qui neruos occludunt, digerendos succos, efficaciam, haud semel fido experimento exploratam habeo. Dictis tamen sudorificis auxilijs ubi cerebrum patitur (quod vt plurimum in paraly si inuenitur affectum) eorum ad ipsum nedum ad neruos deferendè virtutis causa, flores sthecados, saluieq; folia adiciemus. Ac in super, matrici consulètes, pulegium, aut sabine parum similiter addemus. Atque eo, qui vulgaris est, in hac promouenda euacuatione seruatoto ordine, sudores pro vt affectus exigat, & scemi-  
næ

hæ vices sustineant, magna felicitis euentus fiducia  
spadere valeamus.

Nec prædicta omnia ei egisse sufficere qui sterilitatem ab uteri paralyti prouenientem profligare studet, ni utero ipsi per topica etiam subueniat. Quauis enim, sentiendi adhuc in membro amissa vi, illeffum ipsum manere ex eo credibile appareat: quòd lib. 1. de loc. affect. capit. vltim. Galenus dicat, solis partibus quæ sentiendi & mouendi vim habent, accidere: vt ipsis interdum haud quaquam affectis, nihilominus earum actionem perire. Ipsa tamen resoluta particula non quidem statim ac eius animalis actio aboletur, (tunc enim illæssa manet vt Galeni mens adducto loco proculdubiò existit,) sed post aliquod, (nec longum quidem) temporis spatium imbecillior in naturalibus actionibus redditur. Animalis enim virtutis influxu, sentientibus partibus præstito, non modò sentiendi beneficiù ipsæ recipiunt, sed manifestè inualefcunt, & magis viuidæ redduntur. Quo sanè subsidio, vbi sint destitute, licet è vestigio nulla in naturalibus actionibus, sensui subiecta, cernatur noxa; sensim tamen hanc acquirunt: & eo maximè quòd in omni corporis parte, quæ sensu prædita inuenitur, haud minimum hic expulserici opituletur virtuti. Quæ suo munere fungitur cum triste aliquod sentit: id verò exacte sentiet, vbi particulae sensus exactus sit. At vbi iste deficiat, cum à particula ipsa eo casu excrementorum molestia, sicut & antea, non persentiatur: debita ideo à virtute aberit ad expellendum irritatio. Ac debilius subinde eiusdem per soluetur opus. Nec fas

esset dicere membra omnia quadam sola naturali  
 antipathia, qua funguntur, aduersus ea à quibus in-  
 festantur, sine villo molestiæ sensu, debito modo ad  
 excrementorum expulsionem moueri, vt videre est  
 in ossibus, & alijs animalis partibus sensu orbis, quæ  
 sua excrementa sufficienter expellunt. Quippe na-  
 tura nihil fecit frustra, sicque licet membris sensu  
 expertibus hoc concesserit, vt sola naturali auersio-  
 ne ad excrementorum expulsionem excitarentur  
 non tamen eandem prorsus vim sentientibus par-  
 tibus tribuit, vt potè quibus sensum impartita fue-  
 rat, quo excrementorum molestiam persentirent.  
 Nec alia certè ratione hominem animalium perfe-  
 ctissimum, (quia ipsi rationem indidisset, cuius ope  
 venena sibi aduersantia cognoscere, ac subindè fu-  
 gere valeret) à naturali venenorum abdicauit cog-  
 nitione (etsi hanc cunctis alijs animalibus præstitis-  
 set; quæ solo naturali instinctu, & utilia elligunt, &  
 venenosa pascua respuunt,) nisi quòd superuacanea  
 illi talis esset cognitio. Sic ergo partibus, quibus ad  
 alienorum cognitionem, sensum cõcessit, minimè  
 quidem fateri decet, talem ipsam tribuisse dotem, vt  
 citra sensus munus, sola naturali antipathia, modo  
 debito, ad excrementorũ expulsionem excitaretur.  
 Cũ alijs saltè ad consimile expellendi opus cõsequè-  
 dũ, eis frustra sensus inditus esset. Nec dũ & ipse fru-  
 stra, in hac veritate probanda, tẽpus contèro, vbi ea-  
 dem à Galen. palà ostenditur, lib. enim 5. de vsu par-  
 t. c. 9. tres fuisse inquit nature scopos in neruorum di-  
 stributione: primũ vt sensibilibus instrumentis sen-  
 sum impertiret: alterum verò vt motorijs, motum

æ tertium vt quæ sibi molestiam afferent, dignoscere-  
cerent. Hoc ipsum capit, sequenti exemplis confir-  
mans, hæc de naturalibus instrumentis profert. Cū  
enim horum nullum, neque sensorium, neque mo-  
tus esset instrumentum, paruos utique eis omnibus  
nervos, explendi vsus tertij gratia, dari oportuit, vt  
scilicet quæ molestiam sibi exhiberēt, sensu digno-  
cerent. Quod sine id quidem eis in esset, sed, quibus  
afficiuntur, iniurias non sentirent: qui fieri posset,  
vt non breuissimo tempore animalia labefactaren-  
tur? Iam verò mordicationem quavis in intestinis  
sentientes, protinus quod molestat, depellere festi-  
namus. Quod si sensu omni carerēt, facile, ni fallor,  
omnia ab excrementis, quæ in ipsa cotidie confluūt,  
vulcerarentur, eroderentur, ac putrescerent: quoniā  
etiam nunc, vt sunt sensibilia neque temporis mo-  
mentū in tus subsidere acribus excrementis ac mor-  
dacibus permittentia. Idem præterea præ oculis ha-  
bens, lib. 3. de sympt. cau. c. 2. tardæ deiectionis in-  
testinorū sensum hebetem causam asignat. Omit-  
to quam plura alia Galeni loca, quia ex adductis ve-  
ritas hæc luce clarius fit patens. Sensu igitur sentien-  
ti particulæ deficiente, eius expellendi actio debi-  
lius perficitur. Quam ob rē (vt ex eodē Galeno cō-  
stat, loco citato lib. 3. de sym. caus.) humidior & ma-  
gis excrementosa quæ alitur pars necessario euadit:  
inde quæ ipsam & diminutē nutriri, & graciliore red-  
di frequenti experimēto cōspicimus. Quæ quidem  
vitia qui in resoluta matrice corrigere cupiat, debi-  
tis topicis vt tenetur. Hæc autē erunt fotsus, vnguen-  
ta, suffitus, iniectiones & pelsi, quibus vis calfacien-  
di

si siccandi que in sit. Oprimus fiet fotus, ex castho-  
 rei absinthij & spicæ oleis permittis. Aut ex vino  
 rubro in quo pulegium sabina absinthium spica &  
 casthoreum prius ferueant. Vnguentum verò quod  
 à fotu vtiliter immò ventri adhibeatur, in hunc mo-  
 dum conficies, olei casthorei absinthij & nardini,  
 anà vncij, pulueris pulegij, spicæ absinthij, & saluig,  
 anà scrup. ij. casthorei, scrup. j. milce & sufficienti ce-  
 ra vnguentum para: quod item moschi, zibeti, vel  
 ambre non nihil suscipiat. Iniectiones apotissime  
 ad idem intra vterum infundes ex ligniguayaci, cas-  
 thorei, pulegij & spicæ decocto; vel ex vino rubro  
 in quo cyperum tritum, absinthium, salvia pulegiū  
 & casthoreum bullerint. Suffitus in super maxi-  
 mè præstant, vbi ex casthoreo caryophilis thuris  
 certice, massice & cupræsi nucibus terebinthina  
 exceptis, & in pastillos coactis parentur. Ac deni-  
 que resolutæ matricis perpestos subuenies; quos sa-  
 vis commode conficies aut ex mirra, casthoreo,  
 spica & galuano cum paucis nardino oleo, aut  
 ex terebinthina, galuano, iride, ruta & castho-  
 reo cum eodem spicæ oleo. Sic igitur  
 resolutæ matrici sufficienter  
 subuenies.

( . . . )



CAP.

## CAPVT XXIII.

*De vteri aconciipiendi actione errore, quē  
aliquid præ naturam in eodem con-  
contentum vtero producit.*



**L**IA Vteri aconciipiendi actione erroris extrinseci constituitur differentia, cū præ naturam aliquid in utero continetur. Quo sane propulso, ea curari potest. Siue illud flatus sit, siue humor, calculus vè, aut lumbricus. Igitur, à flatus profligatione initio sumpto, expendere expedit, an is in foemineo vtero inclusus, huius inflationem, tympaniti per similem, efficiat: qui sanè affectus clauso ipso vteri ore insurgit: an citra huiusmodi vteri oclusionem à pituitosis & crassis in vtero existentibus succis continua ibidem flatus generatio inueniatur. Vbi ergo hoc euenire constat (illud enim vitium, morborum in via, de quibus actum est, curationem præ requirit) quando quidem è crassis pituitosisque succis, in halitum à debili calore solutis, flatus generari habent, oportebit sanè non modo flatus resolutionem, sed consimilium etiam succorum euacuationem moliri: ac præter hæc, ipsius etiam vteri calori fouere:

ut noua quoque flatus generatio impediatur. Quam præcauere toto animo curat, qui affectioni huic ex arte mederi vult.

Sed eiusmodi vsui oportunam victus rationem præ omnibus quod instituamus, oportet. In cuius rei gratiam, aer modice ad calidum vergat, somno & exercitio moderato foemina utatur; arte vel natura ventrem laxum habeat. Cibus parcus sit, is que auium præcipue montanarum caro, aut vernicina, vel vitulina. Potus vinum album odoriferum; vitæq; omnia crassa pituitosa & flatuosa: qualia sunt legumina, fructus crudi, rapæ, castanæ, lac, cassiũ, ac omnium piscium genus.

Victu igitur sic instituto humoris, qui flatus generationi materiam præstare valet, euacuationem aggrederi conuenit. Euacuari autem eget non ille tantum humor, qui in utero continetur, verum qui in toto pariter corpore, particula vè aliqua exuperans ad uterum fluere sit aptus. At cum de huius euacuatione in profliganda humida uteri intemperatura actum sit superius. Hoc ideo ut inde peratur, non merito omittere licebit. Ille verò qui in utero materiam flatibus præstans pituitolus continetur humor, ante flatus per topica resolutionem, euacuari desiderat: ne digerentium calore maior flatuum copia eleuetur, quam intra uterum, (quia pars membranosa sit & densa) resolui queat. E matrice autem pituitam consimilesque succos facile elliciet, pessus qui ex mercurialis folijs, assungia suillæ admistis, conficiatur. Idem quoque præstabit digiti magnitudine subdita iridis radix melle peruncta. Sed expingui



pingui carica, & colocynthida efficacius eidem  
 vsui formabis pessarium. Per ea etiam quæ in vte-  
 rum infunduntur pituitosos succos, in ipso colle-  
 ctos, euacuare curabimus. Cui sanè operi oportu-  
 nas Aetius iniectiones parat, tum ex drachm.  
 j. veratri nigri cum irino, cyprino vè oleo, ad  
 modico melle: tum ex grani gnidij grans sex-  
 tum eodem irino oleo pauco quoque addito me-  
 lle. Optimam vero ac mitiorem in hunc mo-  
 dum conficies, decocti calaminthæ, succi mer-  
 curialis, & olei irini, anâ vnciam j. & sem. rho-  
 domellis colati, vnciam j. garici trociscati, scrup.  
 j. misce pro qualibet iniectione. Quod si cala-  
 minthæ loco sabinam decoquas, potentius eius-  
 modi reddetur medicamentum. Sed vbi per  
 hæc præsidia sufficienter matrix à pituitoso suc-  
 co libera sit, necessum utique est, flatibus re-  
 soluendis calfaciendoque vtero operam impendi-  
 dere. Quæ sanè duo topicis exequemur præssi-  
 dijs, digerendi vim obtinentibus, siue exterius,  
 immò ventri, siue intra vterum ipsum adhibi-  
 tis. Foris ergo vtiliter fofus admoventur, qui  
 ex oleis fiant rutaceo, anethino, & nardino,  
 pari portione mistis: quibus nonihil olei de ca-  
 storeo adijciatur. Huiusmodi tamen præssi-  
 dium potentius resoluet, si eadem olea in exca-  
 uata vitis albæ radice cum viticis semine prius  
 ferueant. A fofu mirum in modum præstabit  
 emplastrum de baccis lauri, quod tum eyper-  
 triplicatam quantitatem, tum siccum caprinum  
 steruus ad pondus omnium, in sui compositione

compositione suscipiat. Summe item ad idem con-  
 ducet emplastrum quod recipiat, foliorum ruta sic-  
 corum drach. x. seminis ameos, carui, dauci, melani-  
 thij, cumini viticis baccarum lauri, pipetis nigri, &  
 longi, amigdalorum amarorum, origani ana, dra-  
 mam ij. casthorei, drach. j. stercoris caprini siccati,  
 vnc. j. & sem. opoponacis, vnc. sem. sagapeni, drach.  
 vj. omnia hæc trita misce, ac ex melle cocto ad pon-  
 dus omnium excipe; emplastrum que confice. Cui-  
 us equidem ac fetus usum, encathismata, aut eua-  
 porationes præcedere, plurimum erit adiumenti.  
 Vtraque autem hæc præsidia parare expedit ex  
 aqua aut vino in quibus ruta, absinthium, pulegium  
 anethum, melilotum, chamemalom, semina dauci  
 foeniculi à nisi, seseli, & carui, atq; baccæ lauri prius  
 serbeant. Ex quo equidem decocto, aut ex vino al-  
 bo, in quo calamus aromaticus, squinanthum, me-  
 lilotum, & artemisia bullierint, iniectiones para-  
 re plurimum conferet. Pestiliorum etiam vltus ad  
 vteri flatus resoluendos oportunus existit. Cui sanè  
 vsui aut ex nitro, anisi, cimini, & carui semine cum  
 calaminthæ syrupo; aut ex calamo aromatico, spi-  
 ca, squinantho, maiorana, cimino, & nitro cum ane-  
 thino, aut sambucino oleo per vtilis fient pessi. Qui-  
 bus si moschi, aut ambra nonihil sit admistam, plu-  
 rimum vtilitatis adferet. Cucurbitulæ etiam incre-  
 dibili efficaciam iubant: quas interdum scarificare  
 Paulus & Aetius præcipiunt. Earum tamen vsui  
 minime se offert occasio nisi topicis, quæ addu-  
 cta sunt, præmissis auxilijs, affectio adhuc per-  
 teneret.

Nec per localia tantum præsidia vteri flatus  
 resoluere nitemur, cum aliqua sint, quæ ore sum-  
 pta ad idem opus haud mediocriter conducant.  
 Quibus equidem, persistente malo, vti haud infru-  
 giferum erit. Vtiliter enim diaciminum, diagalanga,  
 & diacarcuma drachmę vnus quantitate sin-  
 gulis diebus ieiuno ventre, ex anisi, & pulegij deco-  
 cto aut ex vino albo conceditur. Idem præstat. Mi-  
 tridati, Aurę vè Alexandrinę ad drach. j. vsus.  
 Sed à proprietate prodesse ferunt. leporinum coa-  
 gulum, vterumquę similiter leporinum siccatum,  
 & in puluerem redactum. Cuiusquę horum sum-  
 madosis vnica drachma sit, singulo manè ex odo-  
 rato vino propinata. Laudibus item subsequens cō-  
 serua extollitur, quę recipit, conseruæ florum ro-  
 ris marini vnc. iij. conseruæ corticum citri vnc. ij.  
 coaguli leporini, & vteri leporini exsiccati, & pul-  
 verizati ana drach. iij. radicis satirionis drach. j. mis-  
 ce, & electarium fiat. Sic igitur flatibus in vtero cō-  
 tentis mederi expedit.

Ab humore Præterea in clusio in utero huius  
 concipiendi actio nonnunquam impeditur. Cuius  
 sterilitatis curatio pro diuersa humoris conceptū  
 impediētis natura diuersa esse tenetur. Verū, vbi  
 à pituitoso succo id producit vitium, si qui-  
 dem in superioribus (dum videlicet humidā vteri  
 profligauimus intemperantiam) curatū manet,  
 vt inde petatur eius medendi modum nunc omite-  
 re licebit. Ea autem quę à reliquis ortum ducunt  
 humoribus singulatim curare restat.

Quę igitur à bilioso succo vteri foecundandi

**T**

actio

*Cuiusque  
 Dignatio. f.  
 37. & 38.*

actio impeditur, eiusmodi remoueri impedimen-  
 tum postulat. Hoc autem exequemur opus, primò  
 quidem eum, qui biliosi humoris ad uterum fit, af-  
 fluxum inhibendo, deinde ab eodem succo ipsum  
 met uterum liberando. Biliosum ad uterum inhi-  
 bebimus affluxum si peccantis bilis tum exuperan-  
 tiam euacuemus, tum nobum in corpore prouentū  
 prohibeamus: nec non & ipsam pariter affectam  
 particulam (vbi sit opus) firmemus. Biliosi redun-  
 dantis humoris euacuatio (deuita prius victus ra-  
 tione instituta) per medicamentū expurgans exer-  
 cenda venit. Sed qualiter quibus ve medicamen-  
 tis fieri debeat, capite de vlcereum curatione dictū  
 manet: qualiter vero (saltē quoad presentē hanc  
 pertinet tractationem) nouam eiusdem succi gene-  
 rationem inhiberi conueniat; capite de foeminea  
 sterilitate, à feminis peccato producta, hoc tertio  
 libello est ostensum. Toto ergo corpore à bilio-  
 so exuberante humore prorsus libero eum, qui in  
 utero continetur, euacuare studemus: illius tamen  
 haud immemores, quod prohibere oportet, ne eius-  
 modi succus de cæterò colligatur in venis, vel sal-  
 tem, si id fieri nequeat, eum ex interuallis vacua-  
 re, utrumquè pariter firmare: non secus ac Gale-  
 nus ad scirrhosos curandos tumores lib. 14. metho-  
 cap. 9. agendum esse docet. Bilem in utero conten-  
 tam per sola pessaria ducemus. In què vsum serm-  
 vlt. cap. 59. Aetius ex elaterio, & pingui carica aut  
 ex cyclamino cum vino pessos parare consulit. Suf-  
 ficiet tamen ex conserua violarum, aut rosarū per-  
 sicarum quibus diatridij nonihil sit adiectum eos  
 conficere.

Fol. 60.

conficere  
 2. conserua  
 38 v. 17

conficere. Bilius enim humor quia tenuis sit & sua acrimonia expellentem virtutem habeat irritare, rarò ad sui ab utero educationem ad eo fortibus eget medicamentis, ac elaterium ac cyclaminum existit. Sed bilioso ab utero euacuato succo, ubi debilis ipse remaneat, pro imbecillitatis ratione roborari desiderat. Sicquè, ubi propter calidam intemperantiam, quàm à bilis calore contraxerit, uterum langueat; consimile vitium eo modo corrigendum est ac in eiusdem intemperamenti curatione scriptum relinquimus. Si vero eius debilitas ratione sit venarum, quarum ora ex longa fluxione apertiora aliquantulum euasserunt, ex vini rubri, cum poligono, & malicorio decocti, iniectione parata; aut ex infusione ex eodem decocto subsidium accipiet. Quod si humor in utero collectus foetus generationem impediens, serosus sit, (æque ac de bilioso est dictum) non modo ab ipso utero educi desiderat; sed tum sui redundantiam euacuari, tum nobam ipsius coacervationem inhibere postulat. Quæ duo opera capite de vlcerum curatione requieres, & capite de curanda humida uteri intemperatura. Ab utero vero serosi succi euacuatio mitissime fiet, Aetij pessario quod ex Mercurialis masculæ semine cum modica mirrha sale ac melle lana exceptum formari habet. Præstabit etiã aliud quod ex siridis radice caricis, & ebullorũ succo paratur: nedũ (licet fortius sit) quod ex caricarũ carne, & sextantum elaterij granis fiat. Quo sanè sic euacuato humore si uterus firmari desideret; aliquibus ex localibus illis, capite de curatione humidæ matricis intemperaturæ adductis, id peragi valet. Fr. 2. A

*De curat. steril.*

*Dignotio. f.*  
38.

A putri item sanguine in utero contento utriusque prolificandi actio necessario impeditur. Eius vero succi educationem moliemur, præmissa totius corporis providentia, aut per sanguinis missionem, si plenitudo ad sit, aut per purgationem, si cacochymus aliquis exuberet humor, aut per utranque evacuationem, ubi ex usu esse videantur. Putris autem sanguinis euacuatio ab utero fiet, encatasmatum evaporationum, & pessariorum usu, nedum, & obstetricis ope. Encatasmata seu infusiones utiliter parantur ex decocto rutæ, pulegij, calaminthæ marubij thimi, artemisiæ caricarum, & althææ. Ex quo etiam decocto evaporation aptissime per infundibulum suscipitur. aut ex decocto sabinæ rubiæ, acori, origani, radicis lilij, & althææ. In eundem etiam usum pessus inditur, ex artemisia, & mercuriali, aliquantulum contusis, confectus, & melâ thij farina aspersus. Perutile etiam erit pessarium, quod recipiat, mirrhæ farinæ seminis melâ thij ana drach. iij. calamithæ. drach. ij. stiracis liquidi drach. j. misce & cum succo mercurialis pessarium confice. Eidem quoque operi conducet immum ventrem inungere oleis anethino, & liliaceo calidis, aut amigdalorum dulcorum, & liliorum modico croco admistis. Quod si putris sanguis grumosus existat; matricisque osculum obruret obstetrix ab infusionsis usu digitum, amigdalorum oleo illitum, in pudendi sinum immittat, & grumum sensim dissolvat, ac educat: ut Actius ferm. ult. cap. 78. docet. Nec inutile erit matrici, iam à putri expurgatæ succo, per uterinum clistere bis, terve, vinum album

albū inijcere in quo scordium, & rosæ prius fer-  
beant: vt tū ipsa prorsus labetur: tū siquid in ea  
dem maneat inquinamenti mundetur, corrigatur  
que.

Præterea lumbricos vterum continere, quorū <sup>dignatio, Fe</sup>  
ratione eius concipiendi actio impediatur, pro cō <sup>38</sup>  
perto habetur. Ij ergo curari postulant, primū  
per pituitosæ materiæ (ex qua generari habent)  
euacuationem, de qua actum est suprâ: deinde tū  
per iniectiones, tum per topica exterius vtero ad-  
mota, quibus eos interficiendi vis insit Aptissimæ,  
ad vteri lumbricos accidendos, iniectiones paran-  
tur ex absinthij, & lupinorum decocto cum modi-  
ca aloë: aut ex decocto nigellæ à brotani, & men-  
the: nec non & absinthij santonici, & nicotianæ  
foliorum decocto. Lumbricos etiam incredibili  
efficacia interficit eiusdē nicotianæ heruæ (vulgo  
tabaco dictæ) succus: cuius vnc. j. si vnc. iij. vini in  
quo absinthium bullierit admisceas, mirâ iniectio-  
nem conficies. Exteriùs item vtiliter admoventur  
inunctiones ex menthæ rutæ, & absinthij oleis,  
prius cum nicotianæ folijs bullitis. Valdè quoquē  
præstabit si ex absinthij pulueris, melanthij, & lu-  
pinotum farinæ portionibus paribus cū felle bacci-  
no cataplasma fiat. Per vtile etiam subsequens erit  
quod recipit olei absinthij, & rutæ anā vnc. j. semi-  
succi nicotianæ vnc. j. bulliant simul ad succi con-  
sumptionem: deinde adde farinæ lupinorum vnc.  
iij. fellis bobis vnc. j. semi aloës vnc. j. & ex succo ab-  
sinthij cataplasma confice. Quod quidem & si ni-  
cotianæ penuria sine eius succo pareretur, adhuc præ-

stabit. At quoties eadem herua præstò sit, quòd nò  
omittatur consulam. Quippe in nullo medicamé  
to ad lumbricos interficiendos æqualem, ac in ni-  
cotiana, vim inueniri suspicor. In occidèdis enim  
intestinarum lumbricis consimilem virtutem sæ-  
pius exploratam habeo. Ad hæc (vt hoc obiter di-  
cã) eius heruæ succus pediculos facillimè enecat,  
si in ipsum digitorum pulpis inunctis capillorum  
radices leuiter madefiant. Ad lumbricos autem oc-  
cidendos nunquam eadem pueris propinare sum-  
ma aulus; sed aut in ijs quæ ex trinfecus admouentur,  
aut in clisteribus. Atquè in his adhuc modica quã-  
titate.

Dignotio. f.

38.

A calculo deniquè in vtero contento sterilitas  
non nunquam in surgit. Cuius curatio per ipsius la-  
pidis extractionem perficitur. Quam equidem nò  
alio modo moliri necesse est ab eo, quem Actius  
ferm. vul. cap. 98. his verbis adducit. Aluum prius  
per clitherem stercoris eductorium euacuato. De-  
indè foenigreci ac maluæ decocto, rosaceo admi-  
sto, vterum eluito; & muliere supina disparatis cru-  
ribus locata, duos longiores sinistriæ manus digi-  
tos in ani foramen immitto: dextra verò su-  
periozem ventrem comprimito, calculumq;  
extrorsum cogito, ac propellitot simul  
per digito s inanum missos dedu-  
cens ac extrahens.

(.?..)

Caput



## CAPVT XXV.

*De profliganda fœmina sterilitate, quæ  
solas exteriores habet causas.*



Procatartici tantum cau-  
lis, & quæ ab extrinseco cor-  
pori occurrunt, sterilem cõ-  
cubitum reddi, fœminis sæ-  
pissimè accidit. Quarum in-  
fœcunditatum ( ea excepta  
quæ à maleficio originem  
ducit ) curatio alia non est,  
quàm fœminas monere, vt con-  
similes causas effu-  
giant. Sic ergo si eleuatione cita post coitum, aut  
ab ipso accessu saltu, cursu, ve, vel vehementi alio  
motu, fœmina sit vsa; hos dimittat motus. Si à coi-  
tu cassum super ventrem, aut fortem aliquàm per-  
cussionem sit perpessa; hæc effugiat incommoda.  
Si facile irascitur subito què timore, aut terrore af-  
ficiatur, has passiones è coitu vetter. Vitium item  
quòd ab ambiente nimis frigido, aut calido, putre-  
dinosa ve, aut occulta qualitate infecto, prouenit;  
facile regionis mutatione corrigitur. Potest etiam  
fœmina adhuc in eadem permanente regione fri-  
gidus aut calidus ambiens sola arte temperari. Cir-  
ca cubandi etiã modum non unquam maritos mo-  
nere oportet; ne aliterquàm supina in veneris u-  
exercitio fœmina iaceat. Ac de eorum usu crebro,  
aut tardo eos pariter monere expedit; ne veneris

vsus immodicus creber ve sit, aut per longa inter-  
 ualla. Præterea si fœmina (cui de eorum virtute  
 non constat) aliquibus vtatur medicamentis, quæ  
 vel à proprietate, vel vterum intemperando, vel  
 ad expellendum irritando, vel vteri os emolliendo  
 indurando, aut à periendo sterilitatem inducere ha-  
 beant, hæc omnia interdici exigunt. Verùm si ali-  
 quod in vterum vitium intulerunt, quod, se moto  
 ipsorum vsu, in fœcunditatem efficere valeat; Id  
 tunc iam ab internis insurgit causis; & pro ratione  
 vitij, causæ rationem habentis curatio adhibenda  
 est. De quibus in superioribus singulatim actum  
 est.

*Ignotio. f.*  
 45.

Quæ vere ex maleficio sterilitas prouenit cura-  
 tionem etiam admittit: eam tamen spiritualibus  
 tantum subsidijs perficere expedit: orationibus sci-  
 licet, missis, & ab ecclesia probatis exorcismis: nec  
 non & sanctorum reliquijs à collo suspensis:  
 & cis maximè à Papa benedictis, agnus  
 Dei nuncupatis. Et hæc de fœmi-  
 narum sterilitate dicta  
 sufficiant.



**PARS**



PARS SECVNDA  
tertij libelli.

IN QVA DECVRATIONE  
agitur virorum sterilitatis, &  
respectiue.

CAPVT PRIMVM.

*Decuratione virorum sterilitatis, à se-  
minis vitio proficiscentis.*



ONCVBITVS FRE-  
quenter in foecundus ebadit  
virorum culpa: quam foemi-  
nis ascribentes; hisque subue-  
nire putantes, mille medica-  
menta medici adhibent; quo-  
rum usu in sterilitate (cuius  
antea erant immunes) inci-  
dunt ipse. Quo fit vt à quo nam vtriusque coniugis  
cuiusmodi proueniat vitium, diligenter prius exa-

minare conueniat; quam eorum alicui auxiliare manus adhibeamus: pariterque an ambo steriles sint, vt ambobus quoque medeamur. Ea ergo inuestigatione præmissa, si culpa viri coniugium im- prolificum esse constet: atque huius causa in semi- nis defectu consistat; vbi hic à testium priuatione, aut ab ob cæcato prouenit meatu, per quem semen ad penis originem defertur, pro deplora- to relinquitur. At vbi ab intense frigida aut sicca testium intemperatura id oritur vitium, tametsi inueteratum sit, (secus ac in fœminis) eius corre- ctionem moliri innoxie valemus. Quando qui- dem virilibus testibus liberaliter, pro necessitatis ratione, alterantia topica admoueri queunt; citrà id quòd eorum vsu aliquod in vicinis membris in- commodum illaturum esse vereamur. Cum igitur intense frigidos testes curare vellimus, eam prorsus æmulabimur methodum, qua incurandis tum vtero tum fœminæ testibus consimili intemperan- tia affectis, in superioribus vsi sumus. Atque id- circò calfaciente victus ratione (cuius iam ibi- dem meminimus) prius instituta: corpus pro ex- superantis succi ratione vacuare studemus: dein- de testes calfacere, non modo localibus præssi- dijs, sed ijs simul, quæ deuorata eidem vsui profi- cua existunt. Erunt autem calfacientia topica tes- tibus admouenda; fomenta, vnguenta, & emplas- tra. Fodus ex oleis fiet casthorci, euphoruij nucis muscatae, & sambucini mixtis; vel ex solo castho- rei oleo, aut sambucino cum nitro, euphoruio vè; aut piretro. A foru verò testes inter hosque etià

nūm intercapedinem in vngere præstabit hoc vnguento, quod recipiat, olei casthorei sambucini, & succi origani, anā vnciam j. bulliant ad succi consumptionem: deinde adde pulueris euphoruij, drachmam, j. piretri, & moschi, anā drachmam, sem. ceræ quod sit satis pro vnguento. Vtile etiam erit, quod ex eisdem conficiatur oleis cum casthorei, nucis muscatæ, & cubearum puluere sufficienti cera. Eis præterea vnguentis assa foetida & caranea, ea quantitate adiectis vt oleorum portioni æquent satis proficuum parabitur emplastrum. Nec id quod subsequitur contemnendum erit, quod recipit olei sambucini in quo alatae formicæ per, viij. dies soli fuerint expositæ, vncias, ij. piretri drachmas, ij. & sem. piperis longi, drachmam, j. & sem. macis drachmam, j. casthorei, se minis erucæ & vrticæ, anā drachmam, sem. euphoruij, drachmas, iij. assæ foetidæ, & caranæ anā, vnciâ. j. & sem. miscæ pro emplastro. Quod sanè à supradictō fotu calidum admouebitur.

Sed vltra localia, quæ testes, vt semen generent, calfaciunt medicamenta; aliqua etiam ore sumpta ex vltro haud minimum esse longa experientia monstrauit. Maximè enim ad id confectiones præstant, capite de consifimili in foeminis profligando vitio adductæ. Idem etiam mirifice efficiunt, vrticæ semen, costum, satirionis radix cum pipere; grana pini, sola, aut pudendi ceruini pulueri admista, vel assa foetida, si ex suluo vino propinentur. A proprietate huic conferunt affectioni, cerui pudendum, & verris aut apri testes. Siccati, ac

in puluerem redacti. Quorum dosis erit drachm. ꝑ. cum vnc. ij. vini.

Verùm si frigidum testium intemperamentum remissius sit, ita vt eorum generandi seminis actio, non quidem abolita, sed diminuta appareat; aut remissè calidis (quæ prædicto capite de curanda simili in foeminis intemperantia superius inuenies) loca libus corrigi oportet medicamentis; aut si ijs, quæ in præsentem adducuntur, vti volueris, id sanè haud longiori temporis spatio fieri debet, quam ipsius temperamenti ad naturalem statum reductio postulet.

Semini item defectus, aut imminutionis vitium, viros steriles reddens, vbi à sicco proueniat intemperamento, ad pensum siccitatis humectationem quoque postulat. Quam equidem haud aliter moliemur quàm eis ipsis aquæ dulcis balneis, infusionibus, somentis, & vnguentis, quibus vterus consimili intemperie laborans in superioribus curatus manet.

Sed quùm virile semen vel prorsus deficit, vel parca peccat quantitate, ob facultatis ipsum generantis impotentiam, quæ influentis sequatur calidi inopiam, à cordis & arteriarum proprijs affectionibus per consensum vè, ortam: eiusmodi equidem vitium per harum affectionum curationem, corrigi habet; opus tamen hoc quia huius tractationis non sit, vt aliundè mutuetur omittere licet.

Præterea eadem vitia à materia, ex qua semen generatur, nulla vel pauca ad testes accedente oriri etiam diximus. Cuius rei causas, egritudinem dolo-

Ves, nimiam euacuationem, vigiliis, aut in ædiæ affignauimus. Curari ergo illa habent (vbi prius has profligemus causas) per renutricoriam victus rationem capite de corrigendo foeminei seminis vitio superius adductam.

Consimili etiam modo ac in foeminis proprio capite curata manet, seminis præter modum vbertas generationem prohibens in vtris, à quavis eadem proueniat causa curari experit. Quo fit vt huius curatio ab illo loco fit petenda.

Nec dum quæ à virilis seminis qualitatis peccato sterilitas insurgit, alia, quàm, à foeminei in qualitate vitio producta, curatione eget, siue id intemperies sit siue acrimonia, labis vè, aut occulta qualitas à testicularum vitio vel aliunde orta. Sic quæ huius quoque virorum in foecunditatis curandi modum eodem capite de curatione foemineæ sterilitatis, à seminis peccato excitatæ, superius requires. Vno tamen adiecto, quod in sterilitate quam seminis caliditas, à testium calido intemperamento orta, gignit: virorum præter modum calidi testes (secus ac in foeminis) ratione situs, (quo ab aliorum membrorum coniuncta vicinitate seiuncti sunt) topicis refrigerantibus ad penam caliditatis excessus, innoxie medicantur. Atque, ita fomenta, vnguenta, & emplastra, pro vteri calido corrigendo intemperamento superius adducta, non modo facile admittunt ipsi; verum vtero securius. Dictis ergo localibus præfidijs, quibus vtero præter modum calido superius sumus medicati, liberaliter virilibus medebimur testibus, qui eandem intemperiem patiantur.

*dignotio, folio 59.*

*dignotio, folio 59. & sequentibus.*

De curat. steril.

C A P V T II.

De profliganda sterilitate à membri virilis morbo in magnitudine, aut figura proveniente.



**D**IMINUTA adaugeta vè magnitudine, aut à morbo in figura, (quam ligamentum infra glandem existentis breuitas vitiet) virile pudendum interdum generationi ineptum reddi, omnibus est in confesso: Verum in fecunditatem, quæ dictos sequitur in magnitudine morbos, medicabilem esse, non omnes cessent. Quibus sane hæc (ni fallor) ratio suadet; quod nimirum longum pudendum breuius posse fieri, & crassum gracilius, aut contrario peragi modo, quia pars neruosa sit, ac ex feminali genita materia, impossibile appareat. At licet eiusmodi morbos immedicabiles esse fateremur, quæ ab eis infœcunditas provenit haud prorsus ineurabilis est iudicanda. Cui equidem accedit, quod illæ ad huc virilis membri breuitas & gracilitas, quæ vitio sunt, à principibus Arabum deploratæ minime habeantur. Avicenas enim fecund. lib. 3. tract. 1. de ijs quæ magnificant virgam, c. 40. scribit. Abuberrus Razes lib. 5. ad Regem Mans. de illis quæ in crassant virgam, c. 68. serm. instituit. Abuchare etiam filius zachariæ Rasis in suo continente,



nente lib. i r. c. s. de eisdē quoq; agit quæ virile mē-  
brū magnificare habent. Quo profecto fit vt pari-  
ter nobis, de eis ipsis mentionē facere, haud imme-  
rito liceat. Non tamen in qualibet ætate nec ultra  
adolescētiā, aut iuuentutis principium eadem vi-  
tia posse correctionem suscipere existimo. Igitur  
Auicēnas adducto loco virile pudendum maio-  
rem reddere contendit, primò quidem sanguinē ad  
id attrahendo, tū panni asperi frictione, tū ad mo-  
ta picē cuius adbæssu sanguis attrahatur, tenacita-  
te retineatur, & lentitie crassitieq; coaguletur. Re-  
mouere tamen picē oportet statim ac membrū ru-  
bescere incipiat: deinde ex adipibus & calidis ac mo-  
llescentibus oleis, nec non & lacte ouino illius la-  
xationem moliri; vt hoc modo plurimi alimentū  
iā attractū, pudendū redditū capax, ab eo augmentū  
suscipiat. Cui itē operationi cōducere dicit inunctio-  
nē, quæ ex hirudinibus, lūbricis terrestribus, & volu-  
bilis quadā specie fiat. Hirudines autē prius per heb-  
domadā siccare iubet in eodē in quo degunt luto,  
postea puluerizare ac ex lacte vti. Præterea Abube-  
trus Razes loco citato virilis pudēdi crassitudinem,  
frictionibus, perfusionibus, vnctionibus, cataplas-  
matis & picatione comparare docet. Frictionē tan-  
diū fieri donec ipsum rubescat membrū, deinde cali-  
da aqua idē persundere, ac postea in ouino lacte inū-  
gere; atq; istud decies indie agere præcipit. Cataplas-  
ma super imponendū exterrestris lūbricis siccatis,  
& sâbucino oleo admistis; aut ex nucleo seminis bō-  
bæcis cū lactē recēter multo parat. Picationē itē  
ex vtris picati frustrulo (quod continuo ac in frigi-

denſ remoueat) multoties moliri conſulit. Sed  
 picationis loco ſubſequens cataplaſma componit;  
 ſulphuris citrini & piperis, anà partes æquales, miſ-  
 ce & impuſerem redige ex melle que cataplaſma  
 confice: quod vnica ab appoſitione tranſacta ho-  
 ra eſt auferendum, continuò que membrum cali-  
 da aqua perfundendum. Abuchare in ſuper, addu-  
 cto iam loco, paragrapho de magnificando vere-  
 trum, hac indicato nota. Y. quam plnrima ei vſui  
 topica præſidia traddit. Affert enim (cataplaſma-  
 te excepto, ex ſulphure & pipere concinato) omnia  
 quæ ab Auicena & ab Abutro Raze adducuntur:  
 & præter hæc nonnulla alia. Atque inter ea laudi-  
 bus extollit ſtellionis adipem, qua ſi fortis fiat fri-  
 ctio, & inunctio, membrum admodum augeri ſcri-  
 bit. Valde etiam prodeſſe dicit inunctionem factã  
 ex ſucco lacteo cuiuſdam heruæ quam corrigiolam  
 foliorum latorum vocat. Hanc ego helxinem he-  
 deraceam, communiter dictam, & helxinem ciffiã  
 pelosã Dioſcoride nuncupatam, eſſe crederem:  
 quæ quidem in ſæpibus vinetis, & ſegetibus naſci-  
 tur folijs ligonis ioſtar, ramibus exilibus, quibus cõ-  
 plectitur quodcunque contingit adminiculum. Fre-  
 quens item vè nereorum vſus, eodem Abuchare di-  
 cente idem auget membrum. Ad idem oleum de ſe-  
 mine bombacis cum nitro, aut ſeſaminum oleũ cui  
 lumbrici terreſi loti, ſiccati, & in puluerem redacti  
 admiſſi ſint, vnctione quoq; præſtare refert.

Quod ſi his per actis, præſertim vbi ætas ad id ido-  
 nea minime eſt, virilis pudendi imminutionis per-  
 ſiſtat vitiũ; tametsi in huius correctione laborare, tẽ-  
 pus

pūs frustra cōterere esset; eiusmodi adhuc sterilitas  
haud quaquam pro deplorata est relinquenda.  
Vxori enim eius, cuius virile membrum gracilita-  
tis causa, & locum ambienti concedit, ut semen re-  
frigerari queat, & debitam vteri frictionem ad foe-  
minæ voluptatem, pro seminis excretionē afferen-  
dam, efficere nequit; istius inquam vxori oportu-  
nis adhibitis subsidijs virilis profligabitur infœcū-  
ditas. Quando quidem localium astringentiū vsu  
foeminae pudendum, matricisque cervix ita coar-  
ctari queunt, ut via ad venerorum vsu pro gra-  
cili pene debite reddatur arcta. Id tamē cautē per-  
agi oportet ne inculpatum vteri corpus præter mo-  
dum sicceat, stringaturquē: cuius ratione sanguis  
ad eius cavitatem pro conceptus nutritione per-  
meare nequeat. Quam obrem nec per iniectiones  
aut infusions, suffitus vè, aut immi ventris inuq-  
tiones consimilem astrictionem moliemur: sed  
per foemini tantum pudendi lotionem, & aposto-  
rum medicamentorum in ipsum immisionem,  
quæ cervicis vteri principium modice transcédât.  
Lotionem fieri præstabit ex vino rubro in quo ma-  
licoriū, rhu, cupræssi nuces, summitates roris ma-  
rini, myrthi & cisti folia, labendula alumen cina-  
momum, & rosæ prius serueant. Hoc igitur deco-  
cto ter indie foemineum pudendum labetur: in id-  
quē ipsum pannum lineum, ex illo madidum, per  
noctem inseratur. Eidem vsui pulveres conducunt  
ex equalibus partibus gallarum, & florum squinan-  
thi parati atquē ex panno lineo, vino rubro intin-  
cto, excepti, & in vterum immisi. Perutile etiam

erit medicamentum, quod recipit gallarum aluminis florum, squinanti foliorum lilij, cyperi anà partes æquales omnia simul coquantur in aqua, cuius vsus dictorum præsidiorũ similis erit. Quod si pessus, ex alumine confectus, per breue aliquod tempus aqua frigida summergatur, ac deinde subdatur pro oculdubio astrictionem inducet. Nec is cui breue pudendum insit, licet hoc augeri nequeat, foecunditatis comparandæ careat spe. Si quidem eam solo foeminae debito, dùm coeat, cubã di modo ipsa consequi valet. Oportunus autem ad prolis generationem cubandi modus erit, si foemina supina iaceat, cruribus admodum eleuatis, ita, ut eius pudendum vtero sit sublimior: sic enim intra huius cavitatẽ virile semẽ faciliẽ suscipietur. Quod sanẽ opus, ut vterus exequatur, virilis feminis prope ipsius osciaculatione necessario minimẽ eget. In virgini enim adhuc quæ post viri accessum inuiolata maneat (in cuius congressu, ni corrumpi accidat, curta est virilis pudendi, quæ introducit, pars) vterus virile semen suscipere, ac sub inde foemina concipere potest. Cuius rei euentum ipse Vil labraximæ vidi. Erat enim foemina tam pudicitia quàm pulchritudine satis decorata, nomine Catharina Matheo, cuidam plaustrorum opifici nupta quæ aliquot huius coniugij annos in foecunda fuit: viffa. Tandem verò concepit: cùmquẽ pariendi à propinquaret dies, capiendi consilij gratia ad me obstetrix accessit, ac ut id simul arcanẽ operirem dictæ foeminae inuiolatæ manentis prægnationẽ mihi narrauit: pariterquẽ à me requisivit, nũm præ-

præclussa ob corporis integritatem vteri via, ne in partu foemina periret, alicuius ferrei instrumento vel (vt vulgo putatur) aureæ monetae sectione referenda esset: procompertò habens, opere hoc ante partum minime peracto, in necessarium vitae discrimen se pregnantem offerre. At ego crudele ac imprudens execrans opus, id prorsus interdixi, & topica emollientia pudendo adhibere consului: quorum tantum vsu foeliciter peperit. Hoc tamen ita euenisse perfidicile crederet, qui integritatis sigillum in virgine illud esse existimet, quod hymen antiqui dixerunt, pelliculam nimirum non longe à pudendo sitam, cernici vteri viam occludentem, Qua sanè pellicula minime rupta, virile semen ab utero posse suscipi verisimile haud quaquam appareret. At inter rei à nothomicæ peritos satis constat in virginum dissectionibus nullam eiusmodi pelliculam inueniri. Quorù nuperrimè Andreas Laurentius, huius veritatis solertissimus scrutator, comperuisse refert virgineam integritatem nullum esse vteri ceruicis obturamentum, nempe nec membraneam carneam ve substantiam, nec venillas quibus locelli vndiq; aut aliqua ex parte essent veluti confuti: sed tantum esse naturalem colli matricis nimiam angustiam (vterus enim adhuc in adultis ante venerorum vsu paruus admodum est) eius viam rugis ferè obcecantem. Quæ sanè rugæ, dùm in primò coitu violentè explicantur, sanguinè dilacaratæ effundunt. Nec aliud certè virgineæ integritatis sigillum esse, rationi consentaneu existit. Quippè natura (teste Arist. libr. 2. de cælo &

mundo) nihil absquæratione molitur, nec cassu,  
 nec frustra: si igitur fœminis ad prolis generatio-  
 nem vterum præstitit; ac generatio medio con-  
 cubitu, qui virili semine in matrice recepto fiat per-  
 fici habet: eiusdem vteri additum ipsam occlusum  
 condidisse, fateri minime decet. Constat igitur ex-  
 dictis (quæ oniter dicta sint) quod semine adhuc  
 iuxta pudendum ac cervicis tantum vteri initium  
 immisso, possibilis est conceptio. Quam equidem  
 eo supposito per adductum cubandi modum rectè  
 moliemur. Nam & semen ipsum virile insubli-  
 miorem effusum locum, ad immum descendens  
 intra vterum de fluet, & vterus, cui trahèdi seminis  
 vis inest, id facile à trahet. Cui sanè operi plurimū  
 erit adiumenti, si ante, & post viri congressum ali-  
 quibus fœmina vtatur præsidijs: quibus ad virile  
 semen atrahendum ac retinendum vterus præ-  
 ptior reddatur. Ante concubitū ergo pessum sub-  
 dere præstat, qui ex aluminis scissilis parte vna, &  
 coaguli leporis partibus duabus cum melle fiat:  
 Cuius loco ex fatirionis semine, & pari mellis quã-  
 ritate, aut felle piscis, leporis, columbæ, vel dome-  
 sticæ ac iuuenis anseris, cum nardino oleo, bomba-  
 ce, cœrulea vel lana exceptis, à potissimus parabi-  
 tur pessus; post cuius extractionem de super fœmi-  
 na suffire conducet trociscis ex mirra, stirace cala-  
 mitha, & baccis lauri confectis. Per veile etiam ad-  
 id ex galbano, stirace liquida, mirra, & baccis  
 bauri, aut ex bdellio (cuius loco, si quidem eo care-  
 mus, stiracem calamitham substitue) melanthio,  
 & salvia suffimentum conficitur. Sed à coitu plus  
 (obovum s x X  
 rimum

rimùm afferet emolumentum subsequens, aut consimile aliud emplastrum umbilico admovent ad balneae manus magnitudinem in coccineum pannum extensum. Galliae muscatae, stiracis calamithae, ladanii, & mastice pares portiones misce pro emplastro: quod euestigio à coitu apponatur: foemina quidem adhuc clunibus elevatis, & lumbis demersis iacente. Quo sanè modo per quartam unius horae partem post viri accessum permanere debet. Quod si pariter dormiat mirè ad conceptionem proficiet.

Præterea quæ à virili pudendo præter modum crasso, vel longo, sterilitas, insurgit, curari valebit, illis profligatis causis, quarum ratione ex parte viri concubitus in foecundus redditur. Nō enim quia nimis crassum aut longum virile existat pudendum viris sterilitas succrescit; ni ab eisdem in magnitudine vitij vel semen in longo itinere frigeat, vel foemina dolorem persentiat qui proprii seminis ejaculationem vetret. Quo fit ut, licet eiusmodi membri virilis vitia corrigi nequeant, ubi cōsimilibus in foemina inhibeatur dolor, & seminis, per longū pudendū effusi, in frigidatio impediatur, ipsa quoq; sterilitas curata evadat. Inhiberi autē molestia, quæ foeminae à longo pudendo infertur, facile valet, ex eo tantū, quod ipsa totū pudendū in concubitu non suscipiat. Quæ verò acrasse persentitur pudendo, si cernicis uteri vis (locellis emolliētū vsu laxatis) latior fiat probe equidē poterit inhiberi. Qualiter autē quibusq; opus istud perfici debeat præsidij, capite de morbis inuteri clausa & stricta via curadis sup erius inuenies. **Xx 3 Sed**



Sed ubi, quia virile pudendum nimiam longitudinem habeat, semen longo itinere frigeri contingat, semine ipso aliquantulum calidiori reddito, vir fecunditatem proculdiao comparabit. In quo casu debitum caliditatis augmentum semen acquireret sola testiu inunctione, quæ ex assa foetida fiat, oleo sambucino, vel nardino soluta; aut ex olcis spicæ, & absinthij, pari quantitate mistis, & cum viridi origano bullitis, per pauco in super addito moschio, vel ambra. Virilis autem pudendi figura quam ligamenti infra, glandem breuitas vitiat eius sectione (quæ facillime fit) corrigi habet.

## CAPVT III.

*De curationem sterilitatis, que ab affectu genitalium ignavia dicto provenit.*



EM veneream, pro vt ipsa prolis generatio postulat, vir perficere nequit, quum huic operi idonea crectione eius pudendum minime gaudet. Quo sane vitio, genitalium ignavia nuncupato, vno eductibus modis ( vt in superioribus diximus) penis afficitur. Aut enim valide erigi non valet, aut etiam si probe tumefiat, ab hac tamen temefactione, antequam coitus perficiatur, desistit. Quia videlicet ocyus quam par sit semen emittat.



emittat. Horū vterq; affectus diuersas fertitur cau-  
sas, ac earū quælibet peculiarē medēdi modū. Qua  
propter de vnaquaq; seorsim agere expedit. Cum  
ergo virile membrum valida prorsus egrediat  
erectione, aut propter virtutis collapsum, aut pro-  
pter seminis vitium; ab illius primæ causæ curatio  
ne initiū sumemus. Quæ sanē curatio, siquidē eius  
generalis indicatio à deficiente virtutis robore  
sumitur, sola roboratione completur. In quem  
vsum examinare expedit, quæ nam earum partium  
ex quibus substantia virium completur (spiritu osæ  
nimirum carnosæ, & solide) illa sit, cuius culpa vir-  
tutis deficit robur. Cuius equidem acquisitio non  
semper vnus ac eiusdem naturæ præsidijs fieri  
desiderat. Licet enim imbecillitas genere quidem  
vnica tantum sit res: partis nimirum infirmitas ac  
impotentia ad naturale opus: affectus tamen, quē  
consimilis impotentia sequitur, varius ac multi-  
plex existit: pro cuius varietate diuersi roborandi  
modi postulantur; ac subindē diuersæ sortes medi-  
camentorum. Quæ quidem, tametsi, vbi debite ap-  
plicetur, imbecilles partes roborare dicantur, haud  
quaquam tamē robur ex se eis dē addūt, sed ex acci-  
dētī, quatenus scilicet accidit, vt partes eo laborant  
affectu, quem adhibita ipsa præsidia corrigere ha-  
beant. Imbecillis enim ob immodicē calidam intē-  
periem particula frigidorū admotione robur; ac  
quirit; quorum vtu, si frigida laboraret maiorem  
virium iacturam pateretur. Consimili etiam mo-  
do quando ob reliqua, siue simplicia siue cōposita  
intemperamenta, mēbrum lāguet, deperditas hoc

*Harnm di-  
gnatio. fol.  
41. & seqq.*

recuperat vires ab illis tantum subsidijs, quæ con-  
 trariam ei, quo laborat, intemperamento, qualita-  
 tem inducere habeant. Quibus eade causa roboran-  
 di vis tunc accidentaliter in est. Cum aliàs (putà  
 opposito ei, quod corrigunt dominante intempe-  
 rameto) vis potius ipsa vltèrius infirmarent, quàm  
 reficerent. Nec ad stringentia adhuc, quæ quia par-  
 tibus firmitudinem præstant, per excellentiam ro-  
 borantia dicuntur, ex se nata sunt roborare; ita vt  
 semper id operentur, quem madmodum prima se-  
 cunda ve qualitate per se alterantibus accidit; pro-  
 prium munus semper obeuntibus. Quorum qui-  
 dem semper calfacientia calfaciunt, frigefacientia  
 infrigidant, emollientia emolliunt, laxantia laxat,  
 & ipsa item astringentia astringunt: sed horum ro-  
 borandi opus à partis affectu exigit desiniri. Ete-  
 nim partes à sicco temperamento languentes, vbi  
 astringentium vsu amplius siccantur, imbecillio-  
 res fiunt. Vt illi euenisse comperimus, cuius ventri-  
 culū astringentiū vsu siccatur Galenus lib. 7. metho-  
 c. 4. se, cōtrarijs præsidijs omnino exhibitis curas-  
 se refert. Nō igitur solis astringentibus, nec vnis ac  
 eisdē præsidijs semper vtetes partē vllam roboran-  
 te aggrediemur; sed pro vt eius affectionis natura  
 postulet. Quo profecto fit, vt medici illi merito ta-  
 xari debeā, quorū, primū curādi consilium in febrī-  
 citatibus ferè omnibus citra id adhuc quod de cor-  
 dis imbecillitate cōstet, ad huius roborationem di-  
 rigitur. Atquē eis ipsis præsidijs ore sumptis,  
 & extrinsecus ad motis semper vtente. Nempè ex  
 butiro naphæ, cui per paucos diamargaritinis  
 frigidis,

frigidi, aut electarij de gemmis puluis sit admistus; ac interdum nonihil olei Mathioli adiecto, cordis regionem inungentes, & tabellas confectionesque astringentes, quæ ex diuersis præciosis lapidibus in officinis paratæ habentur, per os exhibentes. Quorum omnium indicationem ex eis, nobis sciscitanti- bus, respondet auxilia dicta à cordis roborandi ne- cessitate postulari. Sed quæ nam quæssio eiusmodi roborandi necessitatis est ratio? Est ne quia cordis sub- stantia laxata astrictione egeat? minimè quidem; etenim cor à febrili calore siccum potius quàm la- xum habet reddi. Est forsân quia ipsummet febrici- tantis cor protinus à calido langueat intemperamē- to? neutiquàm certè: siquidem Galeno teste lib. 9. method. cap. 9. & cap. 10. non nullæ sunt febres in quibus vires omnino validæ sunt, & aliæ etiam in quibus ut plurimum vires inueniuntur validæ. Quæ item, eodem docente Galeno, lib. 10. method. cap. 2. primò saltèm secundo vè die (in quibus adhuc cordis roborationem illi moliuntur) rarò accidit ut imbecillæ cernantur. Non enim quælibet intempe- rantia, sed quæ insignis sit vires imbecilles reddit. Non igitur à principio, nec in omnibus febribus ca- lidi intemperamenti ratione cor roborari per topi- ca desiderat. Verum si hoc minime obstaante in fe- bribus cor propter calidam intemperiem protinus imbecillitate affici dicant; atque hanc prædictis au- xilijs profligare contendunt; eos ipse rogo, cur to- picum sufficienter frigidum cordi calido roboran- do medicamētum non admouent; sed vnguentum naphæ, quod calidum existit, & multo calidius si ran-

eidum sit, vt apud eos in frequentiori est vsu; ad  
 quos aranciorum flores ex alijs asportantur locis;  
 Nec eiusmodi vnguentum calorem ammittit su-  
 pradictorum puluerum admixtione; cum partem  
 vnã moderate frigidi (cuius naturæ puluis dyam-  
 argaritonis frigidi existit) partes duodecim mo-  
 deratè calidi ad frigiditatem reducere posse, nu-  
 llus composmetis proferre audeat. Præterea, si  
 dictæ roborandi necessitatis rationem adducen-  
 tes, dicant, id præcautionis gratia agere. Quia  
 nimirum si febris malignitatem (quam venenosa  
 producat qualitas) fortè celatam habeat; alexi-  
 pharmaca illa inunctione à veneficæ causæ no-  
 cumento cordi præcauere vellint. Nec dum hoc  
 valdè mihi arridet. Primò quia si non a parenti-  
 bus malignitatis signis, eius incommodum, alexi-  
 pharmacis vtentes, præcauent; vbi deinceps  
 febres ipsas malignitate carere constet (quam  
 febres omnes continuas commitari, ex eo istos  
 existimare suspicor; quod ipsi malignarum cura-  
 tionem continuis omnibus febribus adhibere vi-  
 deam; & eo maxime vbi oris ventriculi anxietas  
 adsit æquè ac si eiusmodi accidens à sola abdita  
 causa haberet excitari) esset profecto saltem in  
 sui principio propria malignarum præsidia ijs,  
 qui consimilibus minime laborant febribus, ad-  
 hibuisse. Quod probabit nemo; nisi, vnus mor-  
 bicurationem alteri diuersam induenti naturam  
 ex vsu esse, immeritò credat. Secundò nam re-  
 media in gratiam malignitatis adhibita (vbi hæc  
 affuit) indicans nullam habuisse constat. Quod  
 libet

libet enim indicans aut sui ablationem aut conseruationem indicat. Sui ablationem quodvis præternaturam indicare tenetur, si tamen sit præsens aut imminens; vnde vbi horum modorum neutro malignitas apparuit, nullatenus indicans esse potuit. Sui vero conseruationem indicant vires. Quarum custodiam, Galenus, libro nono, methodi, capite decimotertio fieri dicit, potissima quidem ratione, ex eo quod de substantia earum vebinanitam, vel alteratum est corrigendo; secundo loco exprohibendis ijs, quæ ipsarum substantiam euacuare alterare vè possunt. Vbi igitur maligna ac venefica affectio absuit, & abest; ab hac certè nullam viribus iacturam illatam fuisse constat; ac subinde nullum, à consimili abdita causa, inanitam aut alteratum inueniri habet quod sui indicet correctionem: Idem etiam vbi vires integre sint dicendum est. Quæ seruari debent prohibitis illis, ( præsentibus quidem curatione ac imminetibus præcautione ) quæ earum substantiam inanire alterare vè valent: Quod sane vt molliamur opus, indicans nullum intuenitur. Quando quidem eorum quæ nec ad sunt, nec imminet, non est cur solitudinem aliquam geramus. Et eo maximè quod medicamenta ore sumenda, quibus imaginariæ malignitati subuenire contendunt, febres, quæ malignæ non sunt amplius adaugent; ac interdù in malignas conuertunt. Ea enim haud minimè adstringētis virtutis sortiuntur. Astringētium autè vsu vassorū oscula arctantur, trāsspiratio fit minor, & putridi humores, perspirationis subsidio amplius

destituti; vterius putrescunt, atque hinc putredine  
 admodum aucta, non numquam malignitas insur-  
 git. Quæ sane mala Galeus præcauens de alimen-  
 torum adhuc astringentium vsu, lib. 1. de victus rat.  
 " in morbis acut. textu 18 hæc scripsit. Nemo liqui-  
 " dem astringentibus vtitur cibus nisi, vel propter sym-  
 " toma, quod animi deliquium inducat, vel propter  
 " immoderatum ventris profluvium: cogunt liqui-  
 " dem constringuntque corpora, vialque tum distri-  
 " butionis tum alimonie, tum eius, quæ foras fit, pers-  
 " pirationis conuincere faciunt: quas reclusas, apertas  
 " que esse conducit. Si hæc igitur ab astringentibus,  
 alimentis fieri habent, promptius certè eadem à me-  
 dicamentis consimilem virtutem obtinentibus,  
 (quod à medicamentis proprius, quàm ab alimen-  
 tis alteremur) excitari eueniet. Quibus item, nisi  
 vbi propter malignitatem postulantem expediat  
 vti, ex eo putrida laborantibus interdici oportet:  
 quod eorum opus ei, quo ipsa putrida febris curari  
 exigit, edirecto aduersetur. Quippe præcipua ad  
 eiusmodi curandam febrem indicatio à putredine  
 sumitur; cuius causa prohibita transpiratio existit;  
 eaque vel sinibus insurgit vasorum stipatis, vel  
 tota cute: cum ergo harum partium stipatio pri-  
 mum curari debeat: atque hæc reserationem indi-  
 cet fit profecto, vt quæ ab ista postulantur auxilia  
 è directo astringentibus opponantur. Non igitur,  
 (vt ad rem nostra rec. ratoratio) roborationis no-  
 mine suasi, siue alexipharmacis, siue astringenti-  
 bus, siue quolibet aliquo auxiliorum genere vte-  
 mur, nisi tum prius indicata fuere, tum vbi aliquid  
humiditas contra

contra indicans ad sit, ve virgentium methodus ser-  
 uetur, eadem adhibere cogamur. Quando quidem  
 nec corporibus (dicente Galeno lib. de optima se-  
 cta ad Tralsibo. cap. 49.) ante quàm langueant fir-  
 mitas ac vires comparandæ sunt: nec semper astring-  
 entia, reliqua vè alterantia, quæ roborare solent,  
 id operantur: sed pro hoc aut illo corporis affectu  
 vires infirmas reddente. Sic ergo, hæc ipsa seruata  
 lege, virile membrum vbi propter inanitionem læ-  
 gueat, inanitam partem apositis alimentis reficie-  
 mur; vbi propter alterationem, hanc per contraria  
 corrigendo, roborare studemus. Si itaque eius mus-  
 culosa ac solida inanita parte robur peni deficiat;  
 idque agracilitate aut atrophâ, ab inædia ortis, pro-  
 nent, refectoria victus ratione (eo modo insu-  
 ta, quo in curandò seminis defectu ab inædia simili-  
 ter nato, in superioribus vti sumus) vnâ cum toto  
 corpore probè utique profligabitur. Præterea etiã  
 eiusdem colis intemperamenta. (Quorum occasio-  
 ne tres hæc ministrantes virtutes, atrahens scilicet  
 retinens & concoquens, vel earum quæpiam, aut  
 prorsus in opere deficiunt, aut munus id diminue  
 obeunt) haud aliam ab ea curationem expetunt;  
 quàm testibus easdem patientibus intemperaturis,  
 in superioribus adhibendam esse diximus; vno ta-  
 men præsidiorum genere adiecto, nempe eorum  
 quæ sanguinem ad inanite partis renutritione atra-  
 hunt. Quorum meminit Galenus, lib. 14. methodi-  
 cap. 16. his verbis Quibuscumque particulis bonam  
 habitudinem reddere studemus, has & fricare, &  
 perfundere, & perurere, & picare oportebit tantis

per dūm intumescant, hoc ubi factum est protinus  
 desistere, prius quam digeri cœperint. At auxilia  
 hæc dūm penis calidum patitur intemperamen-  
 tum ex usu minime sunt; nisi ubi prius ea ipsa cali-  
 da intemperatura corrigatur. Frictio ergo infri-  
 gida aut humida intemperatura panno lineo as-  
 sicco fiet; in sicca verò tepido lacte madido. Ve-  
 rum ubi eiusmodi intemperamentum, toto etiam  
 corpore gracile existente, penis gracilitatis est cau-  
 sa, ea adhibenda curatio est, quam Galenus, libro  
 decimoquarto, de usu partu, capite vndecimum,  
 cuidam adhibuisse refert eundem affectum pa-  
 tientis, qui ni prius copiosum lotium accerare  
 urinare non valebat. Quia videlicet meatus ob sic-  
 citatem consedisset. Hunc ergo oleosorum vnguen-  
 torum (quæ ut ex eodem constat, libro sexto de  
 simp. medi. facultatit. capite vigesimo sexto, hu-  
 mectantia emollientia, & laxantia sunt) supra  
 locum omnem perfusione, corporisque vniuer-  
 si renutritione; se Galenus sanare dicit. Qualiter  
 tamen ea perfici debeant capite decurando vteri-  
 ficco intemperamento superius inuenies.

Præstat etiam in reliquis (humida seclusa) in-  
 temperiebus humectantibus laxantibusque perfu-  
 sionibus vti. Quæ quidem per vtilis erunt si ex  
 calidis sesamino & amigdalorum dulcium oleis pa-  
 rentur. Picationes item valde conducunt; ubi ta-  
 men) docente Galeno, loco methodi nupercita-  
 to, (nec assiduæ fiant, sed tertio aut quarto quo-  
 que die, nec sæpè; Cū in hieme bis indie, & in  
 æstate semel eis vti sufficiat. Huius autem præ-  
 sidij



fidij administratio in hunc modum peragi debet: Picati vtrius frustulum modice calidum virili membro admouebitur: postea verò antequàm refrigeretur auellatur.

Præterea expellentis virtutis in adauçta actione peccatum carneam ac solidam penis substantiam valet inanire; idque ob concoquentis virtutis, aut sanguinis vitium. Hoc quidem mordax est qualitas ad expulsionem laceßire habens; illud vero calidum partis intemperamentum, cuius ratione antequàm virtus concoquens opus suum perficere valeat, qui concoquitur sanguis mordacitatem acquirit, aqua expultrix facultas ad proprium munus ob eundem irritatur. A quacunque tamen harum causarum consimile expellendi virtutis peccatum insurgat, penis renutritionem moliri minime decet; nisi dictum sanguinis, aut particulæ qualitatis vitium prius corrigatur. Cæterum horum vitiorum neutrum in præsentia curare opus habemus. Quando quidè acris sanguinis qualitas per cacoehymi mordacisq; succi euacuationè profligari exigit. Qualiter autè hæc fieri debeat, ne dū & eiusdè succi generatio sit inhibèda, dictum in superioribus manet; partim capite de vteri soluta cõtinuitate curada, quo in loco de vtriusq; bilis euacuatione egimus; partim capite de humida profligada vteri intèperatura, vbi de ferroso euacuado humore actum fuit. Rursus virilis pudèdi calidum intèperamentum haud aliter curari valet, quàm consimilis viriliu testiu intèperantia. Cuius curandi modum capite iam de curatione viroru sterilitatis a feminis vitio proficiscētis, superius tradidimus.

Quod si penis substantiam ex eo inanitam esse accidat, quod vassa sanguinem ad eius alitionem differencia obstructione aut tumore sint arcta, ipsa quidem tum venis quæ obstructæ sunt reseratis, tum curato tumore subsidium accipiet. Cum autem harum venarum reseratio per topica fieri debeat medicamentâ, sitque locus ipse affectus, qui localiter opiturali nos docet; sit profecto, ut eum ante cetera rimari expediat. Ergo postquam vena caua per dorsum si spinam deorsum tendens ad sacrum pertigit ossibusque in duos scissa fuit ramos: horum uterque in duos alios diuiditur. Quorum interior, graciliorque, ubi bipartitus sit, ab huius adhuc interiori ramo quædam deriuatur vena, cuius propagines per vrinariæ vesicæ collum, & virile membrum distribuuntur. Hinc itaque constat locum affectum, quando à venarum obstructione penis inanitione provenit, iuxta vesicæ collum esse, propèque ipsiusmet membri virilis originem; ac vnà iuxta anũ. Quibus sane partibus, præmissa corporis providentia, iuxta humoris exsuperantis naturam, localia præsidia adhibere conuenit, quæ non modò crassos & tenaces humores, venas occludentes attenuent, extergant, & per halitum digerant; verum eorum duritiem (quæ in inueterata obstructione, viscidis, & crassis resiccatis humoribus necessario inuenitur) emollire valeant. Quas sanè vires hoc sortitur vnguentum quod recipit. Olei irini & lilij albi, anã vnc. j. vnguenti dyaltheæ, vnc. j. & sem. pulueris radice iridis, seminis vrticæ & cubearum, anã scrup. ij. misce & sufficienti addita cera vnguentum

tuni para. Eidem vsu mirificè hoc conducet emplastrum quod recipiat. Emplastri meliori vnc. ij. olei lilij albi, & amigdalorum amarorū, anā vnc. sem. pulueris radice aristolochie rotundæ vnc. j. misce lento igni pro emplastro.

Præterea earundem venarum angustia quando à tumore fit comprimenda: si corrigenda est eius sanationem exposcit. Tumoris autè sanatio haud aliter comparari valet, quàm pro qualibet eius natura peculiari adhibita curatione. Quas profecto ex arte adhibebimus, si circa corporis providentiam eas prorsus peculiare methodos emulemur; quibus, dum eiusdem sortis tumores in matrice curauimus, in superioribus vsi sumus. Sicque, ubi venas sanguinem ad colis alimoniam deferentes, comprimens inflammatio arctat; huius curatio, quoad fluentem fluxuram vè causam pertinet, non secus peragenda est ac si in scemineo utero ipsa extiterit inflammatio. Quoad verò illam causam quæ in affecta iam continetur particula; nedum, & quoad istius per topica attinet opem, non nihil diuersa propter diuersam affectæ partis naturam curatio esse desiderat. Non enim hac in parte inflammatio quemadmodum in utero dignitatis partu ratio nem habèdam esse exigit. Sed liberalius, pro ut ipsa postulet inflammatio, à nodinis refrigerantibus, astringentibus per habitum degerentibus, & supurantibus suis temporibus uti valeamus: nedum, ubi in abscessum migrat & sectione què. Ergo in inflammationis principio sola reprimentia ad mouere expedit; quibus in augmento ex discussorijs aliqua

sunt admiscenda, in vigore verò (vt Galeno placet lib. 1. de comp. med. per gene cap. 4) pares digerendi. & repellendi potestates medicamenta obtinere debent, nisi aliquis vehemens dolor pharmacū leniens requirat. At in declinatione quę resoluedi, nedum emolliendi vim habent adhibere oportet. Optimum autem repellens in principio inflammationi adhibendum à Galeno traditur lib. 2. de arte curat ad Glauco. cap. 2. fitque ex semperuino & malicorio in vino decoctis, rhu & hordei farina adiectis atque ad emplastri formam omnibus reddatis. Vtile quoque eo ipso tempore erit ex plantaginis. & poligoni succis lineos pannos madidos assidue affecte parti admonere. Mirificè item hoc ad idem conducit medicamentum; quod recipit. Aquę plantaginis, & rosarum ana vnc. ij. succi plantaginis aut solani vnc. iij. acetis rosati vnc. sem albuminū ouorum num. ij. misce, lintheo excipe, ac frequenter vttere. Verum si aliquis vrgeat dolor reprimentibus his omisis, anodynis expedit vt: non quidem illis (nisi reliquis non proficientibus viriū iacturę periculum immineat) quę vim sentiendi obtorpescere faciunt, narcotica dicta; sed affectum locum de mulcentibus, & doloris causam mittificantibus. Cuius naturę hoc ad phlegmones medicamentum existit: quod recit, farine hordei vnc. iij. coquatur in lacte aut huius penuria in violarum decocto ad emplastri consistentiam & adde vitellorum ouorum. n. ij. mucylaginis feminis silij, & coroneorum vnc. ij. pro cataplasmate. Quod in lintheum extensum quarta quoque hora nouiter ad-

mouebitur. Dolores quoque placat linimentum  
ex rosaceo, & pauca cera, lana succida, cui multum  
infit celsi, exceptū. Dolore tamen minime vrgē  
te præsidia alia quàm repellentia in principio in-  
flammationis non sunt adhibenda: in quē vsus  
præ adducta optima sunt. In augmento verò, si  
quidem tūc, & repellendi opus minuere, & non  
hildiscutere conuenit, docente Galeno libr. 3. de  
simp. med. facul. cap. 17. rosaceum solum maximè  
præstat. Sed inflammationis calor ingens esse nō  
debet. Eo etiam tempore summè eiusmodi præsi-  
rat cataplasma, quod recipit, foliorum maluarum  
aqua elixarum vnc. ij. his pistatis ipsarum met de-  
cocti vnc. iij. & farinae hordi vnc. j. adicies: lētoq;  
igni ad sufficientem duritiem coque; & postquam  
separatur ab igne adde olei rosarum vnc. ij. ouorū  
vitellorum n. ij. pro cata plasmate. Aliud etiam ei-  
dem vsui perutile in hunc modum parari valet. Fo-  
liorum maluarum summitatum absinthij anā m.  
sem. rosarum. p. sem. hæc mixta debitè concoquan-  
tur: atque deinde eis contusis adde vitellorū ouo-  
rum. n. ij. farinae hordci vnc. ij. olei rosarū, & cha-  
memali anā vnc. j. & cataplasma fiat. At vigente in-  
flammatione (quo tempore non minus quam re-  
primere discutere etiam expedit, nedūm, & dolo-  
res lenire) Aetius ferm. 14. cap: 31. hæc inquit exu-  
su esse præsidia. Malua nimirum perse, & cum mo-  
dico pane, ac rosaceo imposita. Melilotum item  
passo coctum, & cum pane admotum. In super &  
palmuke in passo pariter coctę ac rosaceo subacte.  
Vtile etiam eiusmodi tunc erit vnguentum quod

recipit: olei rosarū, & chamemali anā vnc. ij. mūcō  
 laginis feminis p̄siliij lini & foenugreci vnc. ij. ceræ  
 quod si faris misce, & vnguentum confice. Verum  
 eadem inclinante affectione quia valida resolutio  
 ne sitopus, hæc (ne inflammationem indurari acci  
 dat) citra alicuius emollientis vsū exercenda mi  
 nimè est: nisi, vbi leuè duritiem ipsa obtinet in fla  
 matio, quia scilicet eius causa haud crassus existat  
 succus. Frequentius tamen inflammationem ea du  
 rities cōmitatur quæ emolliationē exigit. Quo casu  
 su Aetij cataplasma ex agresti malua, & passulis et  
 nucleatis, cum pane ac modico melle confectum,  
 ad modū præstat. Ad idem Oriuasiij emplastrum  
 fuluum dictum eo ipso loco, serm. nimirum 14. c.  
 31. admonere cōsulit. Idquè sequenti capite in hūc  
 modum confici refert. Lapidis piritis, & ammo  
 niaci anā drach. xij. farine fabarum drach. vj. terito  
 ac cribrato, & resina aut therebentina excipitō.  
 Quod sanè remedium (dicentē Paulo libr. 4. c. 18)  
 nec postquam semel impositum sit, auferri debet;  
 quoad vltro decidat; nec diu ante est præparandum  
 ocysimè enim arefcit. Mixe etiā inflammationes  
 (Aetio similiter ibidem teste) discutere habet em  
 plastrum Dionisyia appellatum. Cuius descriptio  
 nem serm. 15. cap. 14. his verbis traddit. Ceræ tere  
 benthinæ spumæ nitri, olei antiqui singulorum  
 sexuncè (hoc est vnc. vj.) mysiōs crudi vnc. j. aqua  
 coactiliario rum (quæ, ni fallor, aqua lutulenta est  
 ex qua fit celsipus) quantum sufficit, spumam nitri  
 & mysi cum aqua terito, & cum oleo coquito: dein  
 de ceram, mox terebinthinam adijcito, & ebulli

57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62

Se finito donec non amplius inquinent, non tamē  
nimis solida ebadant: & sublaturum ab igne medica  
mentum in mortarium aqua humectum diffundi  
to, manibus subigito, ac vitior. Apofitē etiam in  
flammationis resolutionem molierur hoc vnguē  
to; quod recipit; olei irini & anethi ana vnc. j. sem.  
mucylaginis feminis lini, & foenugreci vnc. ij. pul  
ueris florum chamemali meliloti, & anethi, ana  
drach. j. assungia gallinaceæ veteris vnc. j. croci  
scrup. sem. misce & sufficienti addita cera vnguen  
tum confice. Quod si ijs adhuc peractis, inflamma  
tio minime discutiatur: sed ad suppuratorem ten  
dat: huic equidē operi opitulari curabimus, empy  
tici (hoc est suppurantibus) admotis medicamen  
tis. Quæ vna cum moderato calore, innato persi  
mili, vim emplasticam obtinent; meatus scilicet sui  
lentore, aut tenacitate obturandi. Quo sanē modo  
particulæ calor, puris generationis opifex, auge  
tur. Erit ergo optimum suppuratorium ( docente  
Galeno lib. 5. de simp. med. fac. cap. 9. & libr. 3. de  
comp. medic. secund. loc. cap. 2. ) quod vel ex hy  
drelocco, & triticea farina paratur; vel expuriori  
tritecæ etiā farinae parte & fermento cōstet. Quod  
si hydroceleum puræ aquæ loco ex caricarum deco  
cto conficiatur, magis utiq̄ præstabit. Maximē  
etiam ad inflammationis suppuratorem condu  
cit suppuratorium ab Alexandro Traliano libr. 3.  
cap. 7. adductum, quod expoline assungia foilla, &  
sapa coctis, additis deinceps duobus ouorum vitel  
lis conficitur. Sed miram ad suppurandum effica  
ciam emplastrum habet, quod recipit: caricarū pin  
guum

guum, & radicum altheæ anâ p. j. coquantur ad mellis consentiam; deinde adde assungiaë suillæ vnc. j. farinaë triticeæ, quod sit satis pro emplastre.

Sufficienter ergo inflammatione suppurata (quod ex dolore, calore, & rubore, remissis; nedum ex albicante cutis colore, pure que à digitis hinc & inde comprimentibus fluctuante deprehendi habet) eius utriusque sectio, servata fibrarum; cutisque rugarum rectitudine, in eminentiori loco administranda est. Atque è vestigio excitatū ab incisione dolorem, ut mittigemus, tūm linamēta, in ovū debite quasatū intincta, intrinsecus imponemus; tūm extrinsecus ovum etiam rosaceo admistum, ac lintheis exceptum admovebimus. Quod si sanguis ab incisione fluat, linamenta intromittenda oui tantum albumine madefient. Vbi tamen primò die eiusmodi, à sectione ortis, accidētibus provideamus ea, quæ pus citant, deinde ea, quæ expurgant, sunt imponenda. In horum locum, implendæ cavitationis gratia, sarcoticorum usus succedet, ac demum, ea impleta, quæ cicatricem inducunt, adhibenda sunt. Pus ergo, abscessu rupto, ubi movere velimus, suppuratoriū vulgare (quod exterebinthina lota & oui vitello concinatur) tã intra vlcus linamentis exceptum, quàm exterius in lintheum extensum, præ omnibus elligemus; eo que tandiū utendum quoad pus optimis concoctionis notis insigniatur, ac simul eius euacuata quantitas vlcusis cavitationi respondeat. Quo quidem tempore vlcusis iam absterisionem aggredimur. Post hac ut car



ne impleatur vlcus, & postremò, vt cicatrice obducatur, laborandum est. Quibus sanè operibus exequendis idoneam medicamentorum materiã; capite de vteri soluta continuitate curanda, superius inuenies.

Quod si tumor venas, sanguinem ad penis alimoniam deferretes, angustas sui comprisione redens, durus ac scirrhusus sit: in eius equidem curatione, non modò eam profus emulabimur methodum, quam ad profligandos scirrhusos vteri tumores in superioribus sequèdam esse protulimus, sed eis etiam ipsis ibidem allatis medicamentis, tam ijs quæ ore sumenda quam illis, quæ extrinsecus immò ventris diximus esse admoenda penitus utemur. Quo fit vt nunc ad absolutam scirrhusi tumoris curationem nihil desideretur.

Verum si non quidem carnea ac solida inanita parte, sed propter spirituosæ inanitionem, virili pudendo debilitas succrescat: huius quoque partis in staurationem (haud aliter quàm in solidæ reuentione) pro diuersa causæ natura nobis diuersi modi moliri expedit. Sic ergo, vbi flatuosus spiritus in pene ipso generari sinit, propter efficientis causæ defectum; caloris nimirum à frigida imminuti penis intèperatura, huius curatione) de qua actum iam est) vitium id corrigi habet.

Si verò consimilis non generetur spiritus, quia ad eiusmodi opus materia necessaria deficiat; vò hæc tum per deuorata vel epota suppeditetur, tum ad particulam atrahatur affectam, curandum vtique est. Flatuosi spiritus generationi medicamentis

ra quæ calida, & flatuosa sint, ore sumpta, materiam  
 præstare habent. Eadem enim ea ipsa de causa lib.  
 6. de locis affect. cap. vlt. tentiginem excitare Gale-  
 nus protulit. Eiusmodi ergo virtutis assa foetida,  
 & cicera existunt, fructus item terebinthi, & pi-  
 nei, lupini, lini, & erucæ semen, & porri pariter se-  
 men ex optimo nigro ac non limphato vino pro-  
 pinatum. Consimilem etiam vim medicamentum  
 obtinet, quod ab ipso Galeno libr. de medic. facile  
 parâb. ad Solonem cap. 56. his describitur, verbis:

55 Cicerum crudorum nucum, pinearum, singulorū  
 55 partes duas, seminum erucæ piperis albi, singuloꝝ  
 55 partem vnâ mellis quod sufficiat, da cum vino  
 55 Idem præterea valet vrticæ semen ex aqua, in qua  
 prius cicera sin infussa, propinatum. Materię verò  
 pro flatuoso generando spiritu ad penem iuuatur  
 attractio, ab eius frictione, calidorum quæ medica-  
 mentorum inunctione. Quæ quidem, vbi in lum-  
 bis, perineo, atque ipso pudendo, non tantum cali-  
 dis, sed flatuosis simul fiat medicamentis; duplici  
 subsidio flatuo si spiritus generationi opitulabi-  
 mur: alterum vi caloris idoneam ad id opus mate-  
 riam trahendo: alterum, flatuosum ipsum spiritum  
 generando. Summe igitur huic vtriq̃ue operi præ-  
 stat formicarum oleum. Quod ex alatis formicis  
 in sufficienti oleo ad æstiuum solem per quadragin-  
 ta dies maceratis, conficitur. Mire item eidem vsui  
 conducit oleum, in quo eius fatirionis radix, qui  
 trifolium nuncupatur, cum raphani, & napi semi-  
 ne, radice vè per viginti dies sub calido stercore  
 maceretur. Sint autem ea quibus inungimus actu  
 calida:

Calida. Penem tamé coitustempore molli lintheo emundare oportet.

Quod siis qui per arterias ad colem transmittitur spiritus, sufficiens ad illam minime demandetur; vbi pròpter animi accidit distractioné; huius causa prouisa facilè id corrigitur vitium: & longè facilius si vnâ cum eiusmodi prouidentia, calidis ijs medicamentis; quæ paucis interpositis afferam, colis, pirenei, & lumborum calida fiat inunctio.

Quando verò vitalis spiritus insufficienter, ob ipsius inopiam, ad penem transmittitur; quando quidem huius rei causa à cordis & arteriarum affectionibus oritur; tùm harum profligatione (quam quia nostrum transcendat institutum, nunc molire non decet) præsens curabitur passio: tùm ad motis topicis, quæ vitalium spirituum transmissioni ad pudendum opem afferant. Est autem apostem ad id medicamentum oleum in quo sinapi semen bullierit. Nitrum etiam pari quantitate sambucini olei solutum optimum præsidium existit; vbi perinœum ex eo vngatur, friceturque. Huius quoque partis inunctio, quæ ex eodem sambucino oleo, in quo piretri ac seminis bombacis equales partes prius soluantur mirificè præstat. Eidem in super operi mel valdè conducit, aut hircino felli ad misto, aut parijsbus assè tœtidæ, & nitri portio nibus.

Sed quandò instrumenti ineptitudine, quia nimirum penis ipse resolutionem patiatur, debita eiusdem membri erectio deficit: hæc haud aliter corrigi valet, quàm resolutione curata. Cuius equi

dēmedicatio, non secūs ac in vtero peragi de-  
bet; ideoque, vt ab illo petatur loco hac in parte si-  
lenda est. Ipsa tamen resoluta pars (iam profligata  
paralyfi) peculiaribus ad sui roborationem locali-  
bus auxilijs eget. In quem vsū miram efficaciam  
hoc obtinet mendicamentum, quod recipit. Vini  
nigri optimi lib. iij. emphoruij, & piretri anā vnc.  
j. bulliant ad consumptionem sextæ partis, & adde  
olei sambucini lib. j. sem. sufficienter iterūm fer-  
ueant; atque hoc medicamento, actu calido, pudē-  
dum foue. A fotu verò hoc similiter calido vt con-  
ducit vnguento; quod recipiat, euphoruij, & galua-  
ni anā drach. ij, casthorei & macis anā drach. j. pi-  
peris longi drach. j. sem. piretri drach. ij. sem. olei ca-  
sthorei, sambucini & spicæ anā vnc. sem. cere quod  
sit satis misce pro vnguento. Aliud præterea apotif-  
simè in hunc modum parabitur. Olei euphoruij,  
& masthiceis anā vnc. ij. seminis thimeleæ aliquant-  
tulū confracti drach. j. mediocriter simul bulliāt;  
& colaturæ a lde pulueris piretri scrup. j. euphoruij  
casthorei, nucis muscatæ, & pulueris caudæ ceruij  
ablatis pilis longis combustæ anā scrup. sem. cere  
quod sit satis, & vnguentum confice. Quod si mo-  
lestus in pudendo per sentiat calor; ex prædicto  
solo caudæ ceruinæ cinere oleo masthicino ad mi-  
sto, inunctio fiat; ac mirifice proficiet.

Dignioris. f.

75.

Verūm vbi à malefica vi virile pudendum con-  
simili affectione laboret, ad spiritualia tantūm præ-  
sidia est confugiendum; orationes nimirum sacrifi-  
cia, sanctorumque reliquiarum vsū. De quarum  
virtutibus Antistes omnis literarij ordinis, ac no-  
mine:

mine sapientiæ admirandus Dominus Sanctius de Auila Giennensis Episcopus librum, qui posteritatis memoria facile promeretur, doctissimè scripsit.

Sed, vbi à parco, aut frigido semine debilis erectio pudendo succrescit: haud aliter consimilis passio curari exigit, quàm per eorundem seminis vitiorum correctionem. De quibus superius actum est. At licet ibidem aliqua adductu sint, quæ ad seminis generationem conducunt; nonnulla tamen eidem vsui proficua nunc nobis adjicere placet. Sunt igitur ad seminis generationem aptissimi auium testes asini. Miram etiam ad id efficaciam habent perdicis oua, & cerebra passerum cum galanga; piperi longo, & cepis comesta. Vrticæ semen cum cepis, & vitellis ouorum sumptum eidem operationi maxime præstat. Nec minorem eidem vsui utilitatem afferet; si à laborante bis in die, manè scilicet, & cubitum eunte, drachmæ duæ ex vino huius compositionis summantur. Piperis longi pastinacæ syluestris, & galangæ anà drach. j, assæ foetidæ drach. sem. mellis vnc. sem, misce. Subsequens præterea compositio ad idem mirifice valet: quæ recipit. Lactis ab vbere recentè extracti lib. j. mannæ electæ lib. sem. coque ad concretionem, & infine adde pulueris galangæ drach. ij. Huius compositionis mox à cubitu laborans drachm. tres summat: at quæ vini albi optimi modicum superbibat; ac dormire curet. Postea verò, vbi excitatus sit foeminae se permisceat. Expedi enim à cuius libet dictorum præsidiorum vespertina sumptione somnum con-

cialiari: qui longus non sit. Eo tamen minime præcedente concubitus haud quaquam fiat. Et pro huius debita executione eorum etiam topicorum vsum præcedere conuenit, quæ penis tensioni valde opiculari habeant: lumbisque, perineo, ac ipsi pudendo sunt adhibenda: nedùm & testibus, ubi hi frigidam patiuntur in temperantiam. Acalidis tamen lumborum iunctionibus est abstinendum si tenes calore sint intemperati. Verùm si in culpa ti existant, ubi seminis aut frigitas aut paritas genitalium ignauiam excitauit, eis ad motum, subsequens cataplasma maximè præstat. Piretri, ciceris Imperatoris, seminis vrticæ, & erucæ piperis longi, & amureæ anà partes æquales misce, & cataplasma confice; calidum ad mouendum. Perutilis etiã ex nitro & assa foetida cum melle, lumborum, & perincei iunctio erit. Illitu quoque piretrum, & euphorium, per pauco addito moschio, ex sambucino oleo soluta in irè proficiunt: aut castoreum, piretrum, euphorium, & piper, eodem sambucino admixta. Commendatur item assa foetida colicis foraminibus admota. Sed efficacissima inunctio ab Aetio, serm. 11. in hunc modum paratur. Olei vetustissimi lib. j. erucas intithimalis repertas ʒ6. Erucas in æstate, dum herua dicta in vigore est, accipe & in oleum coniectas ad solem per dies 7, expones & postea oleo vtere; ani & pudendi intercapedine, itemque lumbis ex eo confricatis. Idem etiam erucas pinus facere, & tintiginem vehementer excitare dicit.

Causarū omnium  
nium.

Accidit præterea colem validè tum fieri, sed an

te venerem vsum ( breuissime videlicet seminis  
emissionis causa ) à tumefactione desistere. Quo  
equidem casu, si eius causa nimius existat amor: sic  
laborantibus viris non secus subuenire licebit, ac  
foeminis quæ ob amorem superfluum seminis quã  
tatem emittunt. Quarum subuemedi modum cap.  
de profiganda foeminarum in foetunditate à femi  
nis vitio producta superius inuenies. Si verò cele  
ris virilis seminis emissio, cuius ratione penis ante  
tempus atumefactione desisset, culpa expellentis  
virtutis fiat, quæ aut ab acti molestata semine, aut  
aplurimo gravata ad proprium opus irritetur, his  
seminis vitijs correctis ad vnguem curata euadet.  
Ea tamẽ ista siquidem capite proprio qualiter pro  
figari debeant dictum manet iterum nunc curare  
opus non est.

Quod si à retentricis viris, ob vasorum videli  
cet seminalium laxitate ( quia scilicet vir gonorrhœa  
aut laboret, aut nuper laborauerit ) cita seminis  
eiaculatio eueniat: affectio hæc ea quæ gonorrhœe,  
à consimili causa ortæ debetur, curatione eget. Ul  
tra illas enim causas, quæ in seminis vitio consistunt  
( quarum proprias curationes suo loco reperies )  
gonorrhœa, non secus ac seminis in concubitu an  
te tempus excretio, causam etiam habet retentri  
cis virtutis imbecillitatem, à vasorum seminalium  
laxitate ortam, propter eorum frigidum, & humi  
dum intemperamentum. Sicque utraq; affectio  
dum ortum ab eiusmodi causa ducit, eandem pro  
fusurationem postulat. Quam equidem, qui meli  
ri velleit ( præmissa victus ratione capite de vteri

Dignorio. p.  
65.

122.107

Fol. 127r

A. elongia

-20

Fol. 55.

Curat. Steril.

humido curando intemperamento adducta) expēdere tenetur, preſit nē incorpore picuioſus, aliusve huius naturæ ſuccus, cuius affluxo ſeminaliū vaſ ſorum frigida & humida intemperantia, ac ſubindē eorum laxitas conſeruetur, augeaturque. In primis enim oportet tum eum euacuare humorem; tum eiſdem nobam generationem inhibere. De hoc tamen vtroque opere in ſuperioribus egimus. Illius quidem cap. de curatione humidæ vteri intemperaturę meminimus; alterius verò, capite de vteri ſoluta continuitate curanda. Poſtquām igitur amobus his ſufficienter prouiderimus, ad affectam partem curandi conſilium conuertere nobis expediet: non quidē localibus tantum preſidijs, eius intemperie, laxitatemque corrigere nitentibus; ſed per ea ſimul que ore ſummūtur. In quę ſanē vſum pentaphili radiciſ drachma vna, ex vino albo optimo ac veteri ieiuno ventre epota, ſummē conducit: cum inuū etiā, ruta, vitex, & canabis ſemen ad idē valent. Experientia tamen ſubſequentes pulueres perutiles eſſe haud ſemel cōpertum habeo. Seminis viticis, ſeu agnicaltis, lactucę, portulacę ſingulorum drach. ij. aniſi, cumini foliorū, & ſeminis rutę anā drach. j. calaminthę drach. j. ſem. & ſubtiles pulueres fac. Quorum doſis drach. ſem. erit ex aqua cinamomi. Nec incōſultē quid m, tamenſi affectio frigida ſit lactucę ac portulacę ſemina dicte apponuntur cōpoſitioni; ſed vt reliquorū medicamentorum caloris exceſſum corrigant. Topica etiā quę caſſaciendi ſiccandi ac aſtringendi vim obtineant, eadem poſtulat affectio. Quo fit, vt ex

vino



vino rubro, in quo origanum ruta symphitum  
(ideſt conſolida) nucis cupreſſi foliorum lauri he  
deræ, & agnicalli prius ſeribeant, in ſeſſio aptiſſimè  
paretur. Vtilis etiam erit, vbi ex aquis ſaliſis, alumi  
noſis, aut quodlibet aliud minerale habentibus ad  
miniſtretur. Ab inſeſſione tamen, quia facilimè re  
frigerari valent, protinus ſumma diligentia cali  
dis linthois teſtes, & per inœcum reſiccare oportet  
ac oleis fouere menthæ maſthicis, & ſpicæ inter ſe  
admiſtis, calidiſquè. Ad hæc & ſotum, alicuius cali  
di & aſtringentis vnguenti inunctio, actu ſimili  
ter calida, immediatè ſubſequatur. Cui ſanè vſui  
ſatis proficuum erit quod recipit. Olei maſthicis  
menthæ, & ſpicæ anà vnc. j. pulueris ſeminis viti  
cis, rutæ, & radicis pentaphili anà drach. j. miſcean  
tur; & ſufficienti addita cera vnguētum fiat. Cuius  
loco merificè hoc præſtabit emplaſtrum. Aloes,  
maſthicis, & radicis pentaphili anà vnc. j. pulue  
ris ſeminis rutæ viticis, & nucum cupreſſi anà  
drach. ij. olei maſthicis & ſpicæ anà  
vnc. j. miſce & ſufficienti cera  
emplaſtrum confice.



C A P V T III

De virorum infœcunditate curanda à morbo in via proficis cente.



V M penis via virilis semē nis ab utero receptionem in hibere habens sterilitatem progignat; merito quidem, tūm vbi in ea callum carunculam vè ex prægresso vlcere cōtrahi accidat: quorum occasione arctior in ea parte reddatur: tūm vbi ipsa met ad extremum glandis minime peruenit, sed medio in itinere delitescit; ad fœcunditatem comparandam horum vitiorum correctionē molimur. Quippe via à supercreta carne aut à callo aliqua parte obrurata impedimentum est quominus semen ipsum virile in matricem eijciatur: necdūm opus hoc (si fortè multum crassumquē id semen existat) confertim ac repensē fiat: quod quidem ad generationem requiritur; si Galeno credimus lib. 14. de vsu part. cap. 10. Atque ipsa item via, vbi ante glandis extremum terminatur, ad inferioremquē partem pene perforato vrinarium meatum cōstituit; apta profecto minime est ad virilis seminis intra uterum emissionē. Nec cessum igitur est qui viros fœcundos reddere cupiat, eis, dictis affectionibus laborantibus, mede

Dignatio. f. 421

in Ergo, ubi in pudendi virilis via, si accipitans cal-  
 lus obortus fuerit; caruncula vè super creuerit; virū  
 que debastare impedimentum studendum: idque  
 præsidij adhibitis pro vt extinguendæ rei substā-  
 tiæ modus exposcat. Callus enim quia durior, dif-  
 cilius, caruncula verò, quòd molliorot, facilius ha-  
 bet extingui. Callum itaque absumere agrediens  
 eius duritiem perpendere debet. Quippe si admo-  
 dum durus ille non fit (non secus ac in curado ma-  
 tricis vlceris callo superius est dictum) emollitio-  
 ne, quam deinceps subsequatur absterfio, curari  
 æget. Quod sanè opus præsidij alijs non exequi-  
 mur abijs quæ dicto de vlceris vteri curatione lo-  
 co adducuntur. Emollientibus tamen liberalius in-  
 penè, quam in matrice, vti valemus. Eisque tam ex-  
 teriùs ipsimet calli loco admotis; quàm interius vel  
 per ceream ac parbulam candelam immisis, vel  
 per exiguum mettranchitam iniectis. Sicque aposi-  
 tē ad emollitionem, primum liltaceum, & selami-  
 num oleum, pari quantitate interse mixta, lupino  
 existente laborante, vt diutius intra penem detineā-  
 tur, per dictum mettranchitam instrumentum mo-  
 dice calida iniiciuntur. Deinde emolliens medica-  
 mentum, dicta candela exceptum, immittitur: cū  
 coquē manere expediet, donec vrinandi necessitas  
 urgeat. Quo sanè tempore, extracta candela, ac vri-  
 na reddita, iterum oleorum iniectio, adducto mo-  
 do fiet: & candela eodem medicamento illita rur-  
 sùs similiter im mittetur. At huius auxiliij vtēdi mo-  
 dus, vt magis expressè ostendatur oportet. Ceream  
 igitur candelam penis longitudine, atque ad eò gra-  
 Bbb cilem,

cilem, ut in oxie in eius vrinarum meatum introi-  
 re valeat, totam in hunc in seremus. Ea que catenus  
 ibidem manere dimittetur, quoad à penis calore  
 mollescat, ut in ipsa sui vestigium calli eminentia  
 imprimat. Et candela tunc extracta vestigij locum  
 per ceræ amotionem, cauum reddemus. Atq, hoc  
 enim verò cauo de medicamento repleto, tota cā-  
 dela denuò immitenda erit. Sic enim (quando qui-  
 dem à penis glande ad callū vrinarij canalis spatiū  
 per primā cādē lē immissionē circumscripsitū fuit)  
 candelæ pars medicamento illita callosum tantū  
 locum continget. Quo sanè modo id fieri, etsi dū  
 emollientibus utimur necessarium nō sit (eo quod  
 medicamentū emolliens, quia maiori admotum  
 quantitate promptius operatur, longiori amplio-  
 ri que candelæ spatio, quā callus postulat, si exci-  
 piatur, magis utique præstat) post emolliitionem ta-  
 mē, vbi de tergtētiū vsui se offert occasio, summo  
 pere curandū est, ne aliam, præter callosam partē  
 acere tangat medicamentum. Aliàs enim eam mor-  
 det, ac exulcerabit, nedum inflammationem exci-  
 tabit. Quo fit ut tūc, non quidem candelam eodē  
 circumdari medicamento acris, sed hoc ei soli par-  
 ti, quæ callosæ tantum contingat, apponere expe-  
 diat: tūc quod ipsius candelæ locum, in quo acere  
 inest medicamentum, alio quod inflammationē  
 inhibere habeat circumfussum esse, maximè præ-  
 ter: cuiusmodi vnguentum album existit, aut quod  
 libet consimilis virtutis aliud, quod assurgias, buti-  
 rum, alias veliquabiles res, minime in sui composi-  
 tionem recipiat. Cum aliàs, vbi ea vnguenta à pe-

nis calore liquentur ac rium medicamentorum operationem impediunt. Medicamentorum autè tam emollientium quàm validè detergentium, callum que exinguentium, materiam, citato capite de veteri soluta continuitate curanda, superiùs inuenies. Nec dùm quæ vim carunculas absumendi obtinèt ab alio petenda sunt loco. Eorum tamen vtendi modus per candelà erit æquè ac pro debastandis callis dictum manet.

Sed reliquum, naturale tamen, penis vitium in via (quando scilicet hæc ad extremum glandis minime peruenit) aliter quàm chirurgico opere correctionem accipere nequit. At curabile proculdubio existit. Consimilem enim affectum Neapoli Iulium Solinũ (in chirurgia omnium huius temporis facile principem) in quodã puero curasse à Doctore Requena excellentissimi Bena bentani comitis meritisimo chirurgo accepi. Curandi ergo modus hic esto. Laborante supino iacente, eiusque pene in reſtitutionem ab artificis manu porrecto; ipse quidem artifex instrumèto ferreo, sutorij styliformam ferè obtinente (in quo tamè vnâ cum exacuto mucrone tum duplex acies, tum ea insit latitudo, vt quod ab eo inducatur foramen naturalè vrinariæ viæ amplitudinem non excedat) in ea glandis parte, in qua vrinarius meatus adesse deberet, hunc, punctim scindendo, conformabit: percauum nempe illud spatium, quod subnexu eorũ duorum corporum, quibus fistulosus neruus consistat, inuenitur; stylo ad monstruosum vsquè orificium deducto. Per quod tamen orificium prius im-

missiſe oportet ferreum aliud, cæterum ſine acie;  
 instrumentum, cui pungēdi actus terminetur. Sta-  
 timquē plumbea fiſtula ad amplitudinis nouiter  
 conformati foraminis mēſuram parata, in hoc im-  
 mittenda erit. Quę quidem tali ſit longitudine ſul-  
 ta, vt plusquam tranſuerſi digiti ſpaciū orificiū  
 monſtruoſum tranſgrediatur. Habebit in ſuper ea-  
 dem in extrema illa parte, quæ poſt ipſius introdu-  
 ctionem foris aput glandem manere exigit, parū  
 lām rotam ſtellæ inſtar; tūm vt ſacillimē fiſtula ip-  
 ſa, vbi ſit opus, extrahi poſſit; tūm vt ſtellę ( vt ita  
 dicā) radijs vnus ab vtroquē latere alligatus filus,  
 perinde ac protinus dicemus, fiſtulam ipſam fixā  
 ſeruare valeat. Acuius immiſſione neceſſum eſt  
 moſtruoſum vrinādi foramen (quod occludere in  
 animo eſt) vndiquē admodumquē ſubtiliter ſcari-  
 ficare: deinde medicamentum, quod ex aloe thure  
 & leporis pillis cum albumine oui permiſtis confi-  
 citur, eidem parti admouere; ac iſtud ſaſcia ex alu-  
 ta conſecta compræſione mediocri ligare; atque  
 adiuſmodi ſaſciam filis, fiſtulæ ſtella appenſos,  
 fixationis gratia annectere. Denique reliquam pē-  
 nis verſus glandem partem ſtupis, filamentis, vē  
 oui albumine madidis, circūdari pariter expediet.  
 Et eo maximē conſimili præſidio, vt conduit, ſi  
 inferiori parti, vbi vrinarius exporrigitur canalis  
 admoueatur. Hiſi gatur factis plumbeam fiſtulam,  
 quoad vrinaria via nouiter conformata, cicatrice  
 obducatur, minimē extrahemus. At medicamen-  
 tum ex aloe & thure, occludendo foramini appoſi-  
 tum, ab eo quarto die remouebis. Quod equidem  
 citius

citius agere cogimur dùm per mōstruosum ipsum  
 vrinarium meatum vrinæ aliquid stilletur. Cuius  
 ratione, & medicamentum inquinetur & pars ipsa  
 morsus molestiam patiat. Etenim quoties vitia  
 hæc ab vrina inducantur; toties tàm ligamentum  
 soluere, tàm medicamenti vsum repetere oportet.  
 Dicto igitur modo curatione peracta canalis, qui  
 in pudendo virile vrinæ, & seminis expulsionni  
 communis existit, monstruosum vitium in prædicto  
 puero prorsus correctionem vadecim diebus re-  
 mansit.

### C A P V T V.

*De composita infœcunditatis curandi  
 ratione.*



**I** C E T infœcunditatum  
 implicatio tàm inconiugio  
 (vbi scilicet vterquè coniux  
 sterilitatem aliquam absolu-  
 tē patitur) quàm separatim  
 ab altero in vnoquoque con-  
 iuge inueniri valeat; de ea ta-  
 men quæ in solo illo primo  
 consistit (quando quidem à simplici in viro foemi-  
 naque affectu insurgit) nunc vt composita ad cura-  
 tionem meminisse ex vso minimè est. Nec dùm  
 quæ inconiugum quolibet composita infœcundi-  
 tas inuenitur, vt eius plenam curationem in præ-

sentia adducamus exigit: cū, simplicibus profligatis sterilitatibus, ipsa curata euadat: atque de illarum curationibus sufficiēter in superioribus actū sit. At, si quidem affectus copulati peculiaribus ad sui curationē cōsiderationibus egēt, has hoc in loco adducere, rationi contentanum nobis fuit visum. Medico igitur, qui copulatos affectus curare studeat (vt à Galeno accipimus lib. 3. metho. c. 9. & lib. 7. metho. c. 12.) curatiuarum indicationum triplicem hunc fontē, vt animo contineat necessum est. Vnus in efficiētibus consistit causis: alius in curationis ordine, à causis sine quibus non dictis præscriptus: tertius in ijs qui vrgēt affectibus. Circa primū autem examinare interest quis nā ex cōplicatis affectibus gignere augere ve reliquos possit, vt ab eo curationis capiamus exordium. Ac in super quis nam ab alio gignatur, aut incrementū ab eo suscipiat; vt huius curationem aliter quam per sui causę ablationē minime aggrediamur. In secundo præterea fonte, quem curationis ordo præscribit; animaduertere quoque tenemur, quid ante quod, vel quid cum quo, vel quid post quod sanari valeat. Illud quidem, vt ab eo curationis ducamus initium. Secundum, vt vbi affectus quispiam pariter cum alijs curari queat, omnibus simul medeamur: Ac vltimū vt intempestiuē aliquid non curemus: Sed circa reliquum fontem, in vrgentibus situm, affectus magnitudo expendenda est: vt, vbi eius ratione laboranti periculum imminet, ad vrgentē affectum: vel, vbi duo vrgent, ad vrgentiorem primum curantis consiliū dirigatur; altero tamen nō neglecto.



negligito. Verū vrgentis indicatio inter sterilitatis affectus raro habetur. Eorum siquidem aliquem citum periculum minari, præter menstruorum immoderatū fluxum feminilque foeminei venescam qualitatem, vix inuenies. Hoc tan̄ ē haud quam probabit; qui eiusmodi, quod ab vrgente iniur, consilium in omnibus complexis affectibus haberi existimet. Cui sane, ægrotantibus satis perniciosę opinionioni, cū maximè suffragātes nonnullos, nec vlgares quidem, medicos ipse compererim, quāuis aput medica facultate eruditos in huius rei veritate ostendēda (quod ipsa nota admodum fit) vel minimum nunc nos immorari superua caneam habeatur; munus tamen istud per breui ad hoc oratione ouire haud omnino inutile fore non dubitabo. Illos ergo ex eo in consimilē fraudem adductos esse cognoui, quod vrgētiae nomine necessitatem subintelligendā esse crederent: sicque cū in affectibus omnibus, quos incurationē suscipimus, huius necessitas insit, vrgentiam eis ipsis semper adesse eos autumasse continxit. Sed horū apertus error ab ipsamet Galenidōctrina facile ostenditur. Quippe coratiuarū indicatiōnū fontem eum, qui in vrgentibus consistit affectibus, à reliquis duobus Gelenus lib. 3. metho. cap. 9. manifeste his verbis seiunxit. Tertius itaque propositus medendi finis is est, qui ad id quod vrget, dirigitur, diuersus nimirum aduobus illis modo dictis. Neque enim id ē est, aliquid vel vt causam considerare, vel vt id quod rationem obtinet sine quo non, vel vt id quod vrget. Si igitur hunc à reliquis duo-

bus fontibus Galenus distinguit minime, quidem  
 nomine vrgentiæ necessitatem subintelligere de-  
 cet: quando quidem curationis necessitatē ab eis-  
 dem distinguere lōge alienum à ratione existit.  
 Hæc accedit quod eodem capite hæc Galenus scri-  
 bat. Vrgentis verò indicatio inter ista non habe-  
 tur. Quibus sanè verbis vrgentiam, aliam à neces-  
 sitate esse manifestè indicauit. Nullus enim sanæ  
 mētis vlceris phlegmoni, fordibus, & cavitati imple-  
 xum (de quibus ibidem Galenus loquitur) neces-  
 sitate medendi abdicabit: ac subinde proffere aude-  
 bit, quod necessitas hæc inter adducta compositi  
 vlceris vitia non habeatur; quemadmodū de vr-  
 gentia Galenus allatis verbis fatetur. Ab illa igitur  
 hæc manifeste se iungitur. Quæ quidem tunc tan-  
 tum aliquem comitatur affectum, quādo huius ra-  
 tione primū maximeque laboranti periculū im-  
 minet. Imminere autē idem esse intelligas vellim,  
 quod cominūs periculum ostentare; hoc est, à pro-  
 pè (vt ita dicam) ægrotanti periculū minitari. Nec  
 aliud certe Galeno placere inuenies; ipse enim lib.  
 7. metho. cap. 12. in vrgentibus periculi celeritatē  
 ac propinquitatem indicans, affectum illum vrge-  
 re dicit à quo non leue periculum instat. & lib. 3.  
 metho. loco etiam citato de vrgentium consilio  
 sermonem inducens hæc profert. Quod veluti ac-  
 celerantium, & vrgentium nominatur. Constat  
 itaque iam illud propriè vrgens esse dicendum  
 quod citum periculum imminet. Quo fit, vt ipsum  
 non modo in prædictis compositi vlceris vitijs (in-  
 ter quæ id minime haberi ex Galeno est adductū)

sed in affectibus adhuc periculosis nullatenus à nobis constituatur; nisi, ubi periculum aegrotanti imminet, cominusque intendatur. Qua profecto de causa in curâdis omnibus copulatis affectibus urgentiæ indicationem petere, urgentiumque universalem regulam (quod nimirum ad id quod vrgeret est respiciendum altero non neglecto) in observationem adducere: profusa à ratione erit alienum. Sæpè enim illo consilio versari expedit, quod ex causa ratione initur: atque in eo resolutiva methodo usus, ab ultimo per eam inuento curatiõnem aggredi: simulque istam, causarum servata serie, ad finem profequi: ita nimirum curantes, ut earum singulis, ubi indicationes pugnent, solis occurramus. Sæpè item reliquus fons, curatiõnis scilicet ordo nos monet, ut interdum quidem unum ante aliud, istudque post illud curemus.

Inter dùm verò implexis affectibus simul medeamur; quando scilicet ita mutuò se habent, ut auxilia ab vno postulata affectu alteri nihil nocer.

(.2.)

CCC Ca:



CAPUT VI.

De curatione relativa infœcunditatis

els. p. hi bs m. i. m. i. a. h. o. u. p. m. e. l. u. g. e. r. m. e. l. h. e. n. d. o. a. i. ( o. b. s. e. r. v. a. t. i. o. n. e. m. u. b. i. s. i. n. i. q. u. i. s. t. i. o. n. e. )



**R**ELATIVA sterilitas (quæ debita inter coniuges proportione in aliquibus deficiente insurgit) si profliganda est, ea omnia, quæ inter se congruere ad generationem desiderant, ad convenientem concordiam, ut

Dignatio. f. 43. & seqq.

reducantur postulat. Id autem ei minimè fugiet qui eorum vitiorum correctionem animo teneat. Verùm hanc in omnibus nunc moliri necessum non est; quandoquidem in superioribus opus id, quoad eius facere potuimus, ex omni fere parte peractum mansit. De corrigendis enim omnibus vitijs, tã colis, & uteri, quàm vtriusque seminis (quorum quatuor inter coniuges certa quædam congruentia ad generationem requiritur) abundè, (ni fallor) superius egimus. Errorum item à morbosis provenientium causis, quorum occasione, in emittendo seminis tempore, debita concordia deficiat, profligandi quoque modus adductus relinquatur. Omnes enim membrorum generationis, tam in viris, quàm in fœminis affectus, à quibus illoriri possunt, curati manent. Aliquorum tamè, quoz

